publicum, non priuatum, vt puta in arce, vel in domibus Consistorii, & Concilii, vel in alio loco publico: nam si esset domus priuata, vix diceretur carcer, ex dict. l. 4. ibi: *En la carcel, o en otra prision, que suaben recabdado,* vt alias pro crimine blasphemiæ tenet Ioannes Garsia *de nobilit. gloss. 1. in principio, num. 9.* de quo postea in sequenti proxima quæstione nuncupatim agemus; & hæc declaratio colligitur, ex doctrina, & mente Angel.
19 & sequacium *vbi supra*, estque vera, & tenenda † nisi in casibus leuioribus, vel vbi culpa grauis non probatur aduersus nobilem, diuitem, & honorabilem personam, tunc enim, pensatis pensandis, arbitrio boni viri, & domus aliena, & propria sub fideiussoribus, vel fida custodia, eisdem pro carcere asignari poterit.

SVMMARIA.

1 *Nobili blasphemo an possit alter carcer assignari quam publicus, nempe palatium, domus sua, vel aliena, in qua adimpleat triginta dies pœnæ carceris, quam incurrit propter blasphemiam, iuxta ll. huius Regni, nec ne? & numeris seqq. resoluitur. n. 4.*
5 *Viles personæ blasphemantes, in carcere publico cum vinculis pœnam triginta diorum iuunt.*
6 *Pauperitas non excusat blasphemantes a pœna triginta dierum in carcere publico cum vinculis sustinenda.*
6 *Confraternitates pauperum incarceratorii sunt fundatæ in Rebuspublicis bene institutis, vt detentos in carceribus egentes alant, suaq; negotia procurent atq; ideo salarium est de publico constitutum aduocatis, & procuratoribus pauperum, d. nu. 6.*

In eadem l. 11.

QVÆSTIO. XXII.

QVæro † circa eandem l. 11. *An nobili blasphemo possit alter carcer assignari, quam publicus, nempe palatium, domus sua, vel aliena, in qua adimpleat triginta dies pœnæ carceris, quam incurrit propter blasphemiam iuxta legis huius Regni nec ne?*

Hæc quæstio potest decidi in fauorem nobilis ex late traditis in quæstione proxime præcedenti; quod cũ nobili, vel honorabili persona possit hoc casu dispensari circa carcerem, quia non decet eos sic publice pœnitere; & pœnam eleemosinis redimere, tenent Hostiens. & Abb. *in cap. 2 de maled. per text. in cap 1. de voto. & in cap. mulieres, de sententia excommunicationis, & c. medicina de pœnitentia disp. 1.* & in terminis ita tenet Auend. *in 2. part. c. 5. Præt. nu. 22. in vers. & attenta huiusmodi doctrina,* dicens, quod hoc ipse admitteret, si in tali palatio, vltra capturam personæ assignaretur nobili fida custodia suis expensis, ne inde valeat recedere, vel catenas tollere, & quod sic distinctus, & ligatus talis nobilis, vel cipo, vel catenis, vt vere carceratus dici valeat, *iuxta glo. in l. fin. C. de decurion. lib. 12. & Corses. in parte captura* de quo per Hippoly. *in practic. criminu. §. attingam, num. 26.* eandem opinionem sequitur Auiles. *c. 25. Præt. in gloss. dispensare, num. 7.* existimans hanc esse mentem pragmaticæ Regiæ, & illius capitis de hoc loquentium, quia dedecus esset magno militi, & literato, & similibus personis propter hoc esse in publico carcere, & sic publice pœnitere, quod non decet honorabilem personam, *secundum Abb. in cap. 2. num. 5. de maled.* tandem dicit ita se obtinuisse in praxi in ciuitate Placentiæ, vbi propter istas blasphemias aliquos nobiles, & literatos incarcerauit in domibus suis, vel amicorum, & aliquando aliquos pauperes in carceribus locorum suorum, & non in carcere publico ciuitatis, vt possent se sustinere, & carnifices, & tabernarios in tabernis, & macellis detinuit captos cum catenis, vt in officiis suis sic capti ciuitati seruirent. & quod cum iudex syndicatus procederet contra se, Senatores Regii iusserunt, se illico soluere. & vt amplius non procederet, sed negotium ad Consilium Regale committeret: sequitur etiam Greg Lopez, *l. 3. tit. 28 par. 7 glo fin. vers. quod autem,* † dicens, quod circa pœnam 2 de qua *in dict. pragmatica,* non licet etiam cum nobilibus dispensare, vt habetur *in dict. cap. 25. Prætoris,* sed in modo carceris distingui debent nobiles a plebeiis per supra dicta. Eandem sententiam Auend. & Auiles sequitur Azeued. *in l. 15. num. 11. cum sequentib. tit. 6. lib. 3. noua collect. Regia,* dicens Auenda. tenere, quod nobilis blasphemans possit trentanarium implere in domo sua, licet tandem *num. 13.* addat, quod sequitur; tu tamen in carcere publico nobilibus deputato, non vero in domo sua, pro blasphemia, vel delicto alio graui detine nobilem, ne proipso pœnam trentanarii luas cum catenis, & ligaminibus: sicque licet priorem sententiam de iure probet, attamen admonet in praxi iudices, quod modo retulimus. Sed idem Azeue. *in l. 6 supra hoc tit.* iterum latius, & ex professo probat priorem sententiam Auenda. & Auiles sine prædicta adnotatione, & allegat insuper eandem opinionem tenentem Didac. Perez. *in l. 1. tit. 8. glos penultim. in fin. pag. 208. lib. 8. ordinamenti.*

Sed contra hanc opinionem a nostratibus receptam, videtur facere *l. 5. tit. 4. infra hoc lib 8.* vbi inquit lex, *Que ninguna persona de estos Reynos, de qualquier estado, o condicion, preeminentia, o dignidad que sean, no sean osados de ir; descreto de Dios, & c. so pena, que la primera vez se aprese, y este en prisiones vn mes, &c.* iuncta c. 25. *de Corregidores.* Hodie *l. 20. tit. 6. lib. 3. huius noua collect. Regia,* vbi præcipitur iudicibus, quod exsequtioni maneant pœnas in dict. l. & aliis contentas, *En las personas que contra ellas fuerem, o passaren, sin excepcion de persona, de mayor ni menor condition, so pena, que si dispensaren con ella en poco, o en mucho, passe el juez, que dispensare la mas dura pena, que el transgressor de la dicha pragmatica auia de auer.*

Huic † tamen difficultati responderi potest, quod licet in pœna prædicta dispensari non possit, quãdo enim proceditur ad correctionem peccati, non est facienda distinctio personarum inter magnum, & paruum, *vt per Abb. in cap. nouit nu. 8. de iudic.* in modo tamen coercendi, & puniendi & in generibus pœnarum bene fit differentia, *vt ibi per eum,* & probat bene Auiles *vbi supra, num. 8.* & vt luit Gregor. Lopez *vbi supra,* sed prædicta l. 5. de pœna blasphemantium loquens, non dicit, quod triginta dies prædicti adimpleantur in carcere publico, sed quod blasphemus sit captus, & in vinculis per vnum mensem; carcer vero de iure est arbitrarius, *vt in l. 1 ff. de custod. eor.* & nobili, diuiti, honorabili q; personæ alius est assignãdus, quam ignobili, *vt supra quæstione præcedenti probauimus,* imo & palatium, & domus propria, vel aliena, quinimo & tota ciuitas potest eisdem pro carcere assignari, *vt ibi etiam diximus,* Ergo habemus intentum.

Quid † tenendum in praxi; tutius & securius est te- 4
nere, vt in carcere publico nobiles, & ceteri homines blasphemi detineantur cum vinculis; nihilominus tamen censeo iure obseruari posse priorem opinionem Auenda. & sequacium tam in nobilibus, quam in diuitibus, & honorabilibus personis, vel uti Literatis, Rectorib. per petuis ciuitatum, vel villarum, & similibus, nec ob id poterũt iudices in syndicatu condemnari, aut puniri; nec incident in pœnam tal oris, de qua *in dict. c. 25. Prætor.* Tum quia iure satis probatur hæc opinio, vt vidimus in quæstione præcedenti, tum etiam quia recepta est a nostratibus; & quia reuera iuridica est, dum tamen eam restringamus ad palatium publicum, non priuatum, vt puta, *En la fortaleza, alcazar, o en las casas de Consistorio, y Ayuntamiento,* vel in alio loco publico deputari solito pro carcere similibus personis; secus vero in domo propria, vel alia priuata, quia nec

verum est, nec Auenda. hoc clare dicit, vt in terminis aduersus Azeued. probauit Ioannes Garsia, *de nobilit. gloss. 1. in princip. nu. 9.* cuius in hoc sententia mihi placet considerantibus, quod hæc carceratio pro prima blasphemia non imponitur pro custodia, sed in pœnam, & punitionem delicti, *vt in dict. l. Regia.* Ergo in loco publico adimpleri debet: Tradita autem in contrarium in quæstione præcedenti, loquuntur, & procedunt in carceratione ad custodiam; quod est diuersum: denique nobiles blasphemando magis delinquunt, & quos non puduit Deum eiusque sanctos irreuerenter offendere, nec pudere debet condignam pœnam a nostris legibus tam iuste pro blasphemia huiusmodi impositam, in loco publico luere.

5 Hinc est, vt falsum, aut potius ridiculum existimem; quod de aliis hominibus vilibus, & inferioris conditionis in praxim deduxit Auiles *vbi supra,* Viles enim personæ tam in pœnis, quam in carceratione acrius, & vilius puniri debent, *vt resoluimus supra hoc libro,* præcipue cum diuinam Maiestatem blasphemant: hoc enim interest inter alia peccata, & blasphemiam, quod qui peccat, legem transgreditur, qui vero blasphemat, contra ipsam Deitatem impie agit, vt Athanasius ait in illud Euangelii *quicumque dixerit blasphemiam,* Matthæi. 12. vt referr & sequitur Petrus Gregorius, *in syntagm. iur. vniuer. 3. part. lib. 32. cap. 12. nu. 2.* vbi *nu. 3.* quod blasphemia maledictio est, & execratio, & sacrilega detractio, & probrosa, & calumniosa, quæ diuersa est, & diuersam pœnam habet, pro motu eius; cui infertur.

6 Nec paupertas blasphemantes a pœna nostrarum legum publice sustinenda, excusare debet: tandem ob eam rem in Republicis bene institutis fundatæ sunt confraternitates pauperum incarceratorum, vt detentos in carceribus egentes alant, suaque negotia procurent: atque ideo de publico est salarium constitutum aduocatis, & procuratoribus pauperum, vt experientia docet, & tradit Doctor Couarru. qui nihil ignorauit, *in practic quæstionibus, cap. 6. num. 4.* quo munere aduocati pauperum in carceratorum nos aliquando, cum laici essemus, plus quam decennio functi fuimus: hoc igitur facto antidoto & medicina medebitur morbo paupertatis absque læsione, & præiudicio publicæ vindictæ in fauorem nostræ Christianæ Religionis introductæ, vt & alii in posterum a blasphemando abstineant, quod minime facerent viles, & aliæ personæ infimæ conditionis, si in domibus suis, aut aliorum priuatorum, vel in taberna, aut macellis pœnam prædictam carcerationis adimplere possent, & eis implendam, his locis per iudices imponeretur. Accedat, quod si opinio Auiles in hoc esset vera, contemnerentur prorsus, & vilipenderetur ab his personis vilibus prædicta pœna; ac proinde frequentius Deum blasphemarent, atque Sanctos eius, quod summe abhorruit legislator, estque contra eius mentem, & principalem scopum euellendi, scilicet, a Republica huiusmodi grauissimum peccatum. Præterea ll. prædictæ Regiæ illud punientes generaliter, & indistincte loquuntur contra omnes cuiuscumque status, conditionis, præeminentiæ, & dignitatis sint: Ergo si nobilitati, & paupertati in hoc esset deferendum, sicque omnibus, & nobilibus, diuitibus, honorabilibus, & vilibus, illæsoriæ essent profecto in hoc prædictæ ll. quandoquidem vix in aliquo statu hominum cum rigore venirent exsequendæ, ac verificandæ, sicqi status fieret formæ, & præcepto prædictarum ll. quod minime est dicendum.

SVMMARIA.

1 *Filii legitimati an attento iure communi, ac Regio, gaudeant nobilitate patris, tam quoad tributa, quam quoad alios honores, & priuilegia nobilitati concessa? & numer. sequent.*
2 *Filius legitimatus a Principe, qui ante legitimationem non debebat gaudere nobilitate patris, quoad tributorum, & contributionum exemptionem, non ea gaudebit post legitimationem.*
3 *Filius legitimatus, qui ante legitimationem gaudebat nobilitate patris, gaudebit etiam ea, quo ad tributorum exemtionem, prout est filius naturalis patris nobilis.*
4 *Filius naturalis gaudet in omnibus nobilitate patris, etiam quo ad tributorum exemtionem. & n. 5.*
5 *Filij nati ex damnato, & puribili coitu, prout sunt hic enumerati, non gaudent nobilitate parentum.*
6 *Filij legitimati, an indistincte post legitimationem gaudeant nobilitate parentum, quo ad ea omnia præter solutionem tributorum? & numer. septimo.*

In l. 12. tit. 2. lib. 6. Nouæ Collect. Reg.

QVÆSTIO XXIII.

QVæro † circa l. 12. tit. 2. lib. 6. noua collect. Reg. qua cauetur, *Que las legitimaciones no se estenden, ni entienda que por ellas se escusen de pagar los pechos, seruicios, y contribuciones a que eran obligados y deuian pagar antes que fuessen legitimados.* An iure communi attento, & præterea Regio, *filii legitimati gaudeant nobilitate patris, hoc est, de subhidalguia tam quoad tributa, quam quoad alios honores, & priuilegia nobilitati concessa.* Quam quæstionem latissime examinaui pro vtraque parte, referens in hoc duas opiniones contraria, cuiusque auctores *in rep. 8. sui. Inst. de hered. qualit. & diff. num. 187. cum seqq.* & tandem *num. 189. circa fin.* resolui melius, & verius esse tenere indistincte cum communi, & recepta sententia nempe quod ante quam concederetur hæc noua collectio legum huius Regni generaliter, & indistincte respectu omnium etiam contributionum filius legitimatus gaudeat nobilitate, & honoribus patris; hodie vero ea condita, contrarium esse dicendum, imo quod legitimatus, licet non sit natus ex damnato coitu, non sit immunis ab his contributionibus, & in illis teneatur contribuere, ad quas alias citra legitimationem tenebatur per hanc *l. 12. & per l. 20. tit. 11. lib. 2. eiusdem compil. Reg.* vbi simpliciter, & generaliter in omnibus legitimatis hoc statuitur, imo & de iure communi hanc esse veriorem, & communem sententiam, alios allegans, affirmat Otalora *de nobilitat. 2. part. 3. part. cap. 3. num. 4. vers. de legitimatis,* nempe quod legitimati non gaudeant nobilitate patris.

Sed post nos eandem quæstionem longo, & vt si sermone discussit conciuis noster D. Azeuedus in *l. 10. tit 8. n. 46. cum pluribus seqq. lib. 5. noua collect. Regia,* vbi relatis prædictis opinionibus, *n. 50.* facit in hoc articulo duas, vel tres conclusiones, quas dicit veras esse suo iudicio, nos vero quid tenendum sit nunc clarius, quam in priori loco distinguemus.

Prima conclusio est, quod filius legitimatus a Principe, qui ante legitimationem non debebat gaudere patris nobilitate quoad tributorum, & contributionum exemptionem, non ea gaudebit post legitimationem, & ita procedunt nostra *l. 12. & dict l. 20. tit. 11. lib. 2.* & hanc probauimus *vbi supra,* tanquã communem, & receptam sententiam, cũ Cifuentes, Orosco, & Monterroso, eamque verissimam, & tenendam in iudicando, & consulendo reputat Azeued. *vbi supra, n. 47. in vers. ciula. ego tamen semper;* estque ita, & tenet eam etiam Matien. *in rub. tit. 1. glo. 1. nu. 28. lib 6. in vers. verum enim vero, & Molina Theologus infra citandus.*

Secunda conclusio est, quod filius legitimatus, qui ante legitimationem gaudebat nobilitate patris; gaudebit

etiam ea, quot ad tribuorum exemtionem, exemplum in filio naturali, † qui quidem gaudet in omnibus
4 nobilitate patris, & sic non solum quoad alia priuilegia fidalgis concessa, sed etiam quoad exemtionem a tributis, iuxta communem sententiam, quam tenet Palat. Rub. *in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 31. nu 4. & Petrus Duennas in regul. 69. in fin.* & ita fuisse in Granatensi Prætorio non semel pronuntiatum, afferit Doctor Conarru. *in 4. 2. part. cap. 8. §. 4. numer. 4. in fin.* & etiam in Senatu de quo Ioannes Garsia, *de expensis, & meliorat. cap. 3. num. 25. in fin.* vbi quod sic etiam audiuit obseruari in Pintiano Senatu, sequitur expresse Matien. *vbi supra, dict. num. 128. in princip. & Molina Theologus de iust. & iur. tract. 2. disput. 170.* vbi alios refert, sed & eandem opinionem tenet Lara, Didacus Perez, Padill. & Villalpand. & eos referens, Azeuedus, *in dict. l. 10. num. 51.* dicens esse communem nostrorum, atque ita intrepide tenendum esse, secusq; esse in ceteris filiis Clericorum in sacris, monachi, aut monachæ, incestuosis, vel adulterinis, vel ex coniugato, & soluta habitis, hi namque cum sint nati ex damnato, & punibili coitu, non gaudent nobilitate patris, nec honoribus; filius ergo naturalis eisdem gaudebit quo ad omnia, vt habet hæc secunda conclusio, quæ vera quidem est & tenenda ex litera dict. l. 10. quatenus dicit: *De que antes de las tales legitimaciones, no tenian dolas, no podian, ni deuian gozar:* Ergo a contrario sensu filij naturales legitimati gaudebunt nobilitate, & exemtione a tributis, quibus ante legitimationem poterant, & debebant gaudere; ne legitimatio sit eis nociua, cum potius sit obtenta ad augmentũ; ergo diminutionem operari non debet, iuxta iuris regulam vulgarem, & ne filij naturales sint deterioris cõditionis ob legitimationem, quam essent sine ea. Secundo hæc eadem verissima conclusio probatur ex nostra l. 12. in illis verbis, *A que eran obligados y deuian pagar ãnte que fuessen legitimados*, iunctis verbis præcedentibus, ibi: *De qualesquier pechos, seruicios, y contribuciones:* Sed filij naturales ante legitimationem ea soluere non tenebantur ratione nobilitatis paternæ. Ergo nec post, cum ll. nostræ non loquantur in sua decisione in omnibus legitimatis generaliter, sed restrictiue in illis, qui ante legitimationem tenebantur contribuere cum plebeis. Sed filij naturales nobilium non sunt huiusmodi. Ergo nec post legitimationem contribuere tenentur: Hic sensus profectò literalis est: aut saltim mentalis, colectus clare ex litera earundem legum a contrario sensu, quod argumentum in legibus fortissimum est. vt in *l. 1. §. huius rei* fortissimum argumentum est *ff. de offic. eius cui mandata est.*

6 Tertia, † & vltima conclusio; filij legitimati indistincte post legitimationem gaudent nobilitate patris, quoad alia omnia, præter solutionem tributorum, quam pati debent illi tantum legitimati, qui ante legitimationem exemtione eorundem non gaudebant; sed non filii naturales legitimati, vt prædiximus *in 2. conclusione præcedenti*, hanc conclusionem sequitur D. Couar. *in 4. 2. p. c. 8. §. 10. nu. 4.* & pro vera ponit Azeued. *vbi supr. d. n. 50.* sed meo iudicio non est talis, sed potius tenendum est contrarium, imo quod filij legitimati, qui ante legitimationem non gaudebant nobilitate patris, nec exemtione tributorum (prout sunt nati ex damnato, & punibili coitu, vt prædiximus, & late probauimus, *in d. §. fin. nu. 189.*) post legitimationem non solum debeant cum plebeiis contribuere, vt probauimus *supra in 1. conclus.* sed nec etiam gaudeant in ceteris omnibus nobilitate patris: itaq; in nullo ea gaudebunt prædicti filij legitimati, etiam si dicatur in legitimatione, quod sint legitimi, quod probatur ex *d. l. 20. tit. 11. lib. 2. ubi: De hidalguia, ni de exempcion de pechos;* Ergo excludit eos, non solum a gauditione exemtionis tributorum, sed etiam ab ipsa nobilitate, & fidalguia, quæ omnia comprehendit. Quam conclusionem nostram prius sensimus (etsi non explicite) *d. n. 189. in fin.* dum citauimus, *d. l. 80.* hoc expresse probantem, eamque tenuit Otal. *vbi supr. d. nu. 4. in vers. sed adhuc* ibi, *quibus non obstantibus*, *Auend. verbo, Hijos legitimos & Didac. Perez, an l. 1. tit. 1. lib. 4. Ordin. col. 1328. relati per Matien. in d. l. 10. tit. 8. lib. 5. glo. 8. numer. 4.* & denique a sua conclusione discedens idem Azeued. *dict. numer. 50. in vers. in hoc tamen 3. conclusione.*

Limitanda tamen est nostra l. 12. & dict. *l. 20. titul. 11. lib. 2.* nec non, & tertia conclusio nostra supra dicta, 7
quando in legitimatione aliud expresse indulgeretur, tunc enim seruãdus erit tenor priuilegii iustitiæ, textus *in cap. porro, cum simil. de priuileg.* & est de mente omniũ nostrorum supra citatorum, nec non, & de iure communi, idem probant communiter Doctores, vt constat in prædictis.

Ad tit. 6. de las armas, lib. 6. nouæ collect. Reg.

SVMMARIA.

1 *Arma portans de nocte post tactam campanam, quæ pulsari debet post decimam horam noctis, puniturcorum amissione, & quid si non fuit pulsata campana, vel hora solita non fuit tacta? & numeris sequentibus pars affirmatiua fundatur, numer. 15. cum sequentibus, sed negatiua, num. 18. cum seqq. & hæc eligitur.*

2 *Armorum prohibitionis de nocte post pulsationem campanæ hora solita ratio boni publico est vt hic.*

3 *Arma deferens malum præsumitur gestare animum.*

4 *Armorum delatio est malum indicium, quia vsiu eorum est prohibitus iure communi: quod procedit etiam si de occisore constet, nam præsumitur contra ipsum ex armorum delatione ante rixam, cum deferre solitus non esset, homicidium deliberate commissum, & non in rixa, vt in num. 5. & multo magis oritur indicium ex genere armorum, vt in exemplo posito, nu. 6. & contra eum, qui defert arma enormia, vt in numer. 7. & contra eum, cuius gladius repertus fuit penes cadaver occisi, quo occisus fuit, & penes inquisitum reperta fuerit vagina vacua, apta ad recipiendum illum gladium reperiri: nunc enim ex hoc solum posset reus bene torqueri, vt in num. 8. similiter ex armorum acutione, vel positione, & similibus oritur malum indicium contra hoc facientem, vt in num. 9. idem est in exercente se in armis, & seruata ante homicidium perpetratum, vt in n. 10.*

11 *Indicium est contra illum, quod delictum commiserit, ad cuius gladii mensuram reperiuntur vulnera in occiso.*

12 *Armorum delatio ob aliquam iustam caussam, vt quia portans ea est miles, vel Præfectis iussu illa portat, nullum inducit delicti perpetrati indicium.*

13 *Arma deferens, qui habet veteres inimicitias, animo potius se defendendi, quam aliquem offendendi præsumitur illa deferre.*

Armorum delatio facit indicium in eo, qui non sit solitus deferre arma: secus in solito ea deferre, eodem numer. 13.

14 *Armorum delationis indicium cum sit remotum solum de per se non est sufficiens ad torturam, aliis non concurrentibus.*

17 *Ignorantia eorum, quæ publice fiunt, non excusat.*

19 *Vbi aliquid fieri potest tempore prohibito, & tempore permisso, in dubio præsumitur factum tempore permisso, vt in exemplo hic posito, & nu. 20.*

21 *Forma substantiali non seruata, corruit actus.*

22 *Fundans se in aliqua lege, vel dispositione requirente aliquam qualitatem, debet ante omnia illam probare.*

23 *Verba legis vbi non conueniunt, nec eius dispositio locum habet.*

24 *Copulatorum concursus facit vnam, atque indiuiduam dispositionem.*

25 *Sonitus, & tactus campanæ de la queda, ad quid sit introductus, & requisitus.*

26 *Armorum vsus vnius gladii, & alterius pugionis, iure Regio est licitus regulariter.*

27 *Lex pœnalis est odiosa, ac proinde extendenda non est, nisi vbi extensio tendit in fauorem Reipublicæ, vt in numero 28.*

29 *Lex cum est fauorabilis, interpretatio larga fieri potest.*

30 *Lex facta in odium aliquorum, vel alicuius rei, censetur odiosa, & restringenda est.*

31 *Lex disponens aliquid ad arcendum, & euitandum dolum, & malitiam censetur odiosa.*

32 *Dispositio, quæ partim est fauorabilis, & partim odiosa, debet reputari odiosa, si principaliter facta est in odium, licet minus principaliter respiciat fauorem alicuius, vt in exemplo posito, in num. 33.*

34 *Prohibitum post tempus, ante tempus censetur permissum, & e contra.*

35 *Ad veritatem copulæ requiritur concursus vtriusq; n. 35.*

36 *Pœna amissionis armorum apprehensum eis post sonitum campanæ hora solita, est in praxi, ac vsu in hac Regnis Hispaniæ, & ratione iuridica comprobatur.*

37 *Pœnam portantibus arma possunt domini locorum, & Prætores imponere.*

38 *Domini locorum licet non possint statuere contra ius commune, possunt tamen ad confirmationem iuris communis addere, vel augere pœnas.*

39 *Proclamationes & edicta solent fieri per rectores ciuitatum, & castrorum, quod nullus portet arma sub tali pœna, etiam si sit forensis, & legat forenses, licet ignorantes, vt in num. 40. Iudex tamen in hac specie vtis debet equitate cum forensibus, vt in num. 41.*

42 *Arma capta de nocte iuxta prohibitionem l. Regia exhibenda sunt alio die iudici loci.*

43 *Arma portantes post pulsatam campanam de la queda, hora solita in pluribus casibus excusantur.*

44 *Portantes gladios vltra mensuram legis Regiæ non excusantur, eo quod sint alienigenæ.*

45 *L. 9. tit. 6. lib. 6. noua collect. Reg. intellectus.*

46 *Repertus cum armis prohibitis, vel tempore prohibito, statim potest puniri, absq; alio processu, & quomodo hoc intelligatur, & praxis in eo obseruari solita.*

In l. 5. tit. 6. lib. 6. nouæ collect. Reg.

QVAESTIO XXIV.

12 QVÆRO † circa l. 5. tit. 6. lib. 6. nouæ collect. Regiæ, qua cauetur, *Que ninguno pueda traer armas de noche despues de tannida la campana de queda en ningun lugar que sea, la qual se tanna despues de dadas las diez horas de la noche, &c.* Quid si campanarius non pulsauit campanam hora solita, vel nullo modo pulsauit, & aliquis fuit inuentus, cum armis de nocte post horam solitam pulsandi campanam, numquid debeat condemnari in pœnam nostra legis, quæ est amissionis armorum nec ne?

2 Et † antequam ad discussionem nostræ quæstionis deueniamus, operæ pretium duxi, vt obseruemus, mentem, atq; rationẽ verbis expressam legum latorum nostrę legis in prędicta sua sanctione fuisse ob bonũ publicũ, quietemq;, & tranquillitatem locorum conseruandam, obuiando delictis nocte cum armis, in his Regnis committi solitis, vt patet ex nostra l. ibi: *A causa de traer de noche las dichas armas, muchas personas rebueluen ruidos, y questiones, y se cometen delitos, y suceden otros inconuenientes queriendolos euitar, mandamos, y declaramos, que persona alguna no pueda traer las armas contenidas en la dicha ley, de noche, despues de tannida la campana, &c.* † Qui enim arma 3
defert, malum præsumitur gestare animum, iuxta gl. in *c. 1. de pace Const. & eius viol. vbi DD. & late Petrus Surdus consil. 40. num. 7.* vbi etiam quod arma deferens, videtur de rixa cogitare, & se ad eam parare, quod quomodo intelligatur declarat Anton. Galeat. *consil. 77. num. 17.*

Delatio, † namque armorum est malum indicium, 4
secundum Paris. de Puteo in tractat. Syndicatus in verbo tortus, c. 1. incipienti, an fiatur dicto tort. num. 4. post medium vers. delatio gladii, vbi quod de portantibus arma malum præsumitur, *& ante eum Ioan. Andr. in additio. ad Specul. in tit. de probatio. §. fin. num. 19. vers. 13. per indicia inhabitata, lit. D. ibi delatio gladij, &c. & Guid. de Suz. sr. de indic. num. 99. in vers. item delatio gladij. Blanc. etiam de indiciis. ad l. fin. num. 78. cum seqq. ff. de quæstionibus, refert plures Mascard. de probatio. lib. 1. conclu. 90. numer. 1. & conclus. 128. num. 1. cum sequentibus. Brunor. a Sole in suis quæstion. legal. quæst. 35. numer. 14. & 15.* quos & alios refert, & sequitur Prosp. Farinac. *in suis quæstionib. crimin. quæst. 52. numer. 69.* deducens ex his, *num. 7.* firmam regulam, quod ex delatione armorum oritur contra deferentem indicium, & mala præsumtio; quia armorum vsus regulariter a iure communi est prohibitus, *l. 1. & in rubr. C. vt arm. vsus lib. 11. & in authen. de arm. §. fin autem, Bart. & Angel. in l. 1. per illum text. ff. ad l. Iuliam de vi public. Abb. & alii in cap. clerici, de vita, & honestat. cler. diximus. 5. lib. praxis quæstione 12. numer. 3.* refert plures Bobadilla *en su politica de Corregidores, lib. 1. cap. 13. numer. 61. ad fin. & numer. 62.* vbi hoc ex aliis ampliat, etiam stante consuetudine immemorabili in contrarium.

At vero nostra l. Regia quinta, non est simpliciter prohibitus, sed de nocte post campanam pulsatam, quæ pulsari debet post decimam horam noctis, ante vero illam horam, campanamque pulsatam iustis rationibus vsus armorum, de quibus in nostris legibus Regiis, permissus est, postea vero prohibitus propter rationem prædictam ob delicta euitanda, & mali præsumtionem, quæ ex delatione armorum præsumitur, *vt probauimus:* Remanet ergo prædicta mala præsumtio contra deferentem arma. Quæ conclusio, vt praxi vtilis fiat, sequentibus modis est declaranda, amplianda, & limitanda ex Farinac. statim citando, cuius declarationes hic refero, vt materia præsens per lecturam huius quæstionis resoluta inueniatur.

Primo, † vt procedat, nempe, quod armorum delatio faciat indicium, non solum, quando de delinquente non constat, sed etiam si de eo, puta de occisore, constet, probeturque ipsum ante rixam arma detulisse, cum deferre solitus non esset: Præsumitur namque ex hoc homicidium deliberate commissum, & non in pura rixa, vt in terminis probat Menoch. *de arbit. iud. lib. 2. casu, 361. num. 43.* & Card. Alb. *cons. 6. num. 6.* & communiter ita concludunt omnes DD. supra allegati *secund. Farinac. vbi sup. num. 71.*

Secundo † multo magis oritur indicium ex ge- 6
nere armorum contra eum, qui ante homicidium sequutum ambulabat cum armis hastatis, arco, & sagittis, cum archibusio, pila plumbea, baculo ferreo, vel simili solito armorum genere, satis apto ad occidendum; ex hoc namque oritur præsumtio, & suspicio, quod is talis non solum occiderit, si de homicidio inquiritur, sed etiam si constet ipsum fuisse occisorem, quod ex proposito, & deliberate occiderit, per regulam, quod ex armorum genere præsumitur animus, & atrocitas maleficii committendi. *c. significasti. el 2. & ibi Felin. de hom.* & plures referentes in specie ita tenent No-

uel. *in pract. crim. in princip. num. 76. & in tract. ad defensam, in rubr. an indicia pro reo danda sint, nu. 69. Blan. de indicijs, ad l. fin. num. 83. de quæst. Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 97. num. 2.* & hos aliosque referens Farinac. *vbi sup. num. 72.*

7 Tertio, † idem a fortiori erit contra eum, qui defert arma euaginata, quia is sine dubio animum offendendi habet, *vt plures referens, sequitur Farinac. vbi supra numer. 73.*

8 Quarto † maximum etiam indicium erit contra eum, cuius gladius repertus fuerit penes cadauer occisi, & cum illo gladio ille occisus fuerit, & penes inquisitum reperta fuerit vagina vacua, apta ad recipiendum illum gladium repertum, tunc enim ex hoc solum reus posset bene torqueri, *vt ex Boer. decis. 166. sub num. 3. & Carrerio in pract. crim. in 1. tract. de indicijs, & tor. in 36. indicio, in vers. aut securius inculpati, & Menoch. de præsumt. lib. 1. quæst. 89. numer. 137.* credit sine dubio Farinac. *vbi supra numer. 74.*

9 Similiter † etiam, & quinto indicium orietur contra eum, qui ante commissum homicidium repertus fuerit, acuere, polire arma, vel de illis aliquam experientiam facere, dando cum gladio super armatura, aut quid simile: ex istis enim præparamentis colligitur illius animus vulnerandi, & occidendi, *vt ex alijs probat Menoch. d. quæst. 89. num. 122. & Farinac. vbi supr. num. 75.* Quod procedit etiam, quod ex talibus præparamentis, constito de occisore, præsumitur, quod is ex proposito, & deliberate occiderit, *vt in l. 1. §. vi possidere, vbi; quim adhoc ipsu aptatus, & præparatus venit. ff. de vi, & vi arm. per quem text.* ita tenet Blanc. *de indicijs ad l. fin. ff. de quæst. num. 67. cum seq.* & Menoch. *vbi supr.* nec non Farinac. *num. 163.*

10 Idem † erit in eo, qui ante homicidium patratum exercebat se in armis, & scrimia, *vt per Menoch. d. conclus. 89. num. 122. in vers. idem si se exercebat, & Mascard. d. conclus. 97. sub num. 25.* quos & alios refert, & sequitur Farinac. *vbi sup. num. 76.*

11 Aliud † tamen indicium refert Carrer. *d. pract. crim. 1. tractat. de indicijs, & tortur. in 36. indicio,* contra illum, ad cuius gladij mensuram reperiantur vulnera in occiso, *sequitur Vulpel. consil. 125. num. 6. Menochius de præsumtion. d. quæst. 89. num. 137. & Ioan. Mar. Monticell. reg. crimin. 17.* vbi quod hoc indicium diluitur, quando probetur, quod dominus gladij illum alteri accommodauerit: quod verum intelligo, data ipsius domini ignorantia delicti committendi, prout in dubio regulariter præsumitur, tunc enim nulla culpa imputari illi debet, sed profecto prædict. indicium futile est, ac multum debile, alio non concurrente, cum plures in vna ciuitate, vel oppido reperiantur gladii vnius mensuræ, vt obseruat merito Farinac. *vbi sup. num. 78.*

12 Limitatur † tamen præcedens regula affirmatiua, vt non procedat, quando quis defert arma ob aliquam iustam caussam, vt quia miles, vel si Præsidis iussu illa portatet: tunc namque ex huiusmodi delatione armorum nullum oritur indicium, *secundum Nouell. vbi sup. in tract. ad defensam in parte, an indicia pro reo danda sint, nu. 68. cum alijs relatis a Mascard. d. conclusione 97. num. 4. & conclusione 128. pos. n. 1. & Farinac. vbi sup. n. 79. & 83.*

13 Secundo † limitatur ead. regul. in eo, qui habet veteres inimicitias, nam is, animo potius se defendendi, quam aliquem offendendi præsumitur deferre arma, *secund. Nouell. vbi sup. n. 68. & Mascard. d. conclusione 97. numer. 4. in fin. & conclusione 128. num. 8. & Farinac. vbi supra, numer. 81.*

Tertio limitatur, vt armorum delatio faciat indicium in eo, qui non sit solitus deferre arma, quia in non solito loquuntur Doctores, quos refert Farinac. *numer. 82.* vnde cessauit hoc indicium in homine solito similia arma deferre, vt constat ex mente præfatorum auctorum,

Quarto † obseruandum erit, quod præfatum indicium delationis armorum per se ipsum solum, cum sit remotum, non est sufficiens ad torturam, alijs non concurrentibus, *vt fuit de mente Thobi. in consil. 90. num. 25. in versic. non obstat octauo, & firmauit Marçabra de Anguil. inter consil. crimin. diuers. consil. 92. num. 12. vol. 2.* & hæc est veritas secundum communes, & approbatas opiniones, vt aduersus Iacob. de Bellouis. & Blanchum contrarium tenentes, attestatur Farinac. *vbi sup. d. quæst. 52. num. 84.* quem sequitur libentissime. 14

Ex † quibus omnibus, iam deduci videtur decisio nostræ quæstionis principalis, de qua in eius principio, nempe vt quamuis campanarius non pulsauerit campanam hora solita, neque aliqua alia, & aliquis fuerit inuentus cum armis de nocte, post horam solitam pulsandi campanam, possit & debeat condemnari pœna nostræ, l. quæ est amissionis armorum, quia in hac specie militat quoq; ratio, qua nostra l. fuit condita, vt patet, nempe vt obuietur delictis ab illa hora in posterum committi solitis; Ergo eadem debet esse iuris dispositio. *l. illud, cum simil. ff. ad l. Aquil.* Secundo quia nostra lex ad id tempus se referre videtur, quo fieri solet, argum. *l. liberorum. §. est talu. ff. de his, qui not. infam. Alber. de Rosat. in 2. part. statu. quæst. 7.* valet enim argum. a solitis, *text. in l. si quis donaturus, & ibi gloss. ff. de vsufruct. & in l. quod si nolit. §. quia assidua, & ibi Bald. ff. de edilict. edicto congerst plura Everard. in cent. legal. loco. 63. ab vsitatis in princip. & per totum,* & opinionem Alberici *vbi sup.* sequitur in proposito Bobadilla *en su politica de Corregido. lib. 1. cap. 13. num. 54.* 15

Tertio, † quia sonitus campanæ de quo in nostra l. requiritur in eum finem, vt quilibet certioretur de hora, vt patet: sed quando quis est certus per sonitum horæ, non debet amplius certiorari, vt in Regula iuris, *cum qui certus est,* &c. † Sed sonitus horæ est publicus, ergo ignorantia eorum, quæ publice fiunt non excusabit, *vt late per Franciscum Beccium, consil. 60. num. 4. & 5.* & ita in terminis similis statuti hanc opinionem probauit, & tenuit Everardus *vbi sup. in versicul. hinc etiam est, quod si dicat statutum;* & probat late Angelus *in tractatu maleficiorum. verb. de nocte, num. 4. per totum,* quia de veritate noctis (adde tu, & horæ) constat, & Bobad. *vbi supr.* 16 17

Nihilominus † tamen contraria sententia, & sicne- 18
gatiua est tenēda, imo quod in prædicta specie inuentus, & apprehensus cum armis ea non perdat: Primo ob illam saluriferam, & specialem iuris præsumtionem, quæ habet, vt in dubio delictum non præsumatur, nec aliquid fieri tempore prohibito, *l. merito ff. pro socio, Bart. communiter approbatum, in l. non solum §. sed vt probari. ff. de ope. noui. nun.* † vbi tenet, quod stante statuto, quod post medium mensem Martij liceat pasturari in aliquibus pratis, non ante, si accusetur aliquis, quod pasturauit de Mense Martij, ex quo in parte dicti mensis factum est punibile, in parte non, nisi exprimatur, & probetur illa pars temporis, in qua factum est punibile, non debet sequi condemnatio, *ex notatis, in l. cum actum, in fin. ff. de neg. gest.* & communis, *vt testatur cum alijs Bossius in sua practic. crimin. tit. de conuict. num. 53. & 60.* vbi cum Alexand. quod totus mundus sequitur illam doctrinam Bart. † eaque est optima, & expressa ad hoc, quod vbi aliquid fieri potuit tempore prohibito, & tempore permisso, in dubio præsumitur factum tempore permisso, quam adhoc vltra supra dictos sequitur, plures referens, Beccius, *d. cons. 60. num. 24.* Ergo ita in proposito dicendum est, quod cum arma illa hora possit esse permissum portare, idem & prohibitum in dubio, nō pulsata campana, censeatur tempore permisso portari. 19 20

Secundo

Secundo quia cum nostra, l. sit prohibitoria, & pœnalis inducens formam præcisam, & limitatam, nempe; *Que persona alguna no pueda traer las armas en ella contenidas de noche, despues de tannida la campana de la queda en ningun lugar que sea,* omnino debet seruari, adhoc vt prædict. pœna locum habeat, & sic requiritur necessario ad incurrionem pœnæ, quod campana sit pulsata, & quod postea quis cum prædictis armis apprehendatur, deinde quod campana post decimam horam noctis pulsetur. 21 † Hæc namq; omnia formam inducunt substantialem; ac proinde, ea non seruata, corruit actus, *iuxta late a nobis congesta, lib. 3. pract. quæst. 15. n. 5. cum pluribus seqq.* † Præterea fundatis se in aliqua lege, vel dispositione requirente aliquam qualitatem, debet ante omnia illam probare, vt pluribus iuribus comprobat Anto. Gom. *3. tom. cap. 1. de delict. num. 44.* & alii plures auctores. 22

Et † vbi verba legis non conueniunt, nec eius dispositio locum habet, *l. 4. §. toties cum simil. ff. de dam. infect.* At vero, quod horologium sonuerit, & hora solita sit iam elapsa, vel præterita: *Si la campana de la queda no ha tannido,* non sufficit: illud enim quod addit nostra lex, *Que la campana de la queda se tanna dadas las diez de la noche,* est declaratio dicti præcedentis, & assignatio horæ, qua sonitus ipse campanæ *de la queda* incipere debet, adhoc vt post ipsam tactam, & pulsatam arma amittantur. 23

24 † Ergo vtrumque requiritur, & vnum sine alio non sufficit. Vtriusque namque concursus facit vnam integram atque indiuiduam dispositionem, & conuincitur ex verbis statim sequentibus nostræ legis, ibi: *Y si despues de tannida la campana a la dicha hora, persona alguna truxere las dichas armas, las aya perdido, y las nuestras justicias se las quiten*: Ecce ergo quomodo lex in sua dispositione principali, post enarratam formam præcederitem ad incurrendam pœnam prædictam, requirit vtrumque, quod quis deprehendatur cum prædictis armis, *Despues de tannida la campana a la dicha hora,* quo manifestum fit, vnum sine alio non sufficere; atq; ita, quod si in illa nocte, *La campana de la queda no se docare, o no se docare a la dicha hora, sino a otra antes, no estan perdidas las armas.*

25 Denique, † & quod minus peremtorie, considero pro elucidatione, huius veritatis, quod sonitus, & tactus campanæ *De la queda,* ex mente coniecturata, & finali ratione legis latorum in hac parte ideo requiritur, atque introductus fuit, vt per discursum tactus campanæ, habentis tractum successiuum certi spatij temporis, non vero momentaneum, prout contingit in sonitu horæ horologii, qui armati incedunt sibi præcaueant, vel relinquendo arma, vel se cum eis recolligendo, ne delicta intempestiua noctis hora perpetrentur, & vt eis, quatenus fieri possit, opportunis remedijs obuietur, vt eademmet nostra lex declarat, ibi: *Y mandamos a los Corregidores, y Alcaldes, y otras justicias de los dichos nuestros Reynos y Sennorios, que roaden de noche, y tengan especial cuydado, para que no se fagan delitos, ni excessos, &c.* Sed ne auaritia iudicum, ipsorumq; ministrorum, eos obcœcaret, præueniendo horam, faciendo, prima nocte campanam pulsari, sicque commercium frequens & solitum tolleretur illo tempore, summa cum ratione præter tactum campanæ *de la queda,* assignata fuit hora decima noctis, qua sonita, campana *de la queda* inciperet pulsari: Necessario igitur cum magna prouidentia requiritur pulsatio campanę post illam horam, vt homines cauti fiant, atque præmoniti per aliquod spatium temporis, puta per actum pulsationis campanæ successiuum, vt si quis primum, secundum, vel alios non auditat, ceteros audire possit, & sic nullam iustam prætendere possit ignorantiam: quasi campana sibi illo tempore dicente, caue, caue: *assi que el tanner la queda a su hora, sine de auiso para todos,* & hoc significat adiectio illa *de queda,* hoc est, *para que cada vno quede, o dexe las armas,* & in terminis tenet Octau. Vuluen. *de præpositi. ad verb. &c. in diction post, num. 2. pag. 79.* hoc autem non fit sufficienter per solum sonitum horæ repentinum, & quia facile, vt sæpe contingit, ignoratur, vtrum hora, quæ sonat, sit decima, vel alia, nisi magna cautela ipsa teneatur, & numeretur.

Tandem † considero, quod lex nostra est declaratoria, & limitatoria legis præcedentis, qua generaliter & indistincte cauetur: *Que porque sobre el traer de las armas, y quitarlas, ay debates con las justicias, y alguazeles, y cobechos, y otros inconuinientes, por quitar esto manda, que cada vno en estos Reynos, y Sennorios pueda traer vna espada y vn punnal, excepto los nueuamente conuertidos, &c. y porque conforme a esta ley, si no se hiziera la siguiente, auia y ouiera los dichos debates: y parecia que de dia y de noche se podian traer licitamente las dichas armas, aunque con grandes inconuinientes de ruydos, questiones y delitos de noche, especialmente desde aquel tiēpo enque comunmente se suelen y deuen recoger los hombres a acostarse, auiendo quietud: vino nuestra ley quinta, que es la siguiente, para obuiar y remediar lo susodicho, como ella lo declara en su prefacion,* a qua ratio finalis dispositionis sumitur, vt in l. fin. cum materia, ff. de hered. inst. *Y declara, y limita la dicha ley precediente, que generalmente en todo tiempo permitia traer las dichas armas en la forma, y de la manera que hemos visto.* Ergo si campana non pulsetur, vel intempestiue tangatur, remanet casus permissus ab reg. l. præcedentis. 26

Accedat † vltimo, quod nostra lex est pœnalis, & odiosa, ideoque extendenda minime est, nec trahenda extra casum, in quo loquitur, argumen. reg. *odia restringi, cum simil. de reg. iur. in 6. l. ius singulare, l. quod vero contra, ff. de legib. cap. cum dilectus de consuet. cap. 1. & 2. de filiis presbyt. c. quod dilect. o. de consan. & affin.* 27

Nec contra hoc dicatur, quod cum in nostra l. agatur de puniendis, & coercendis illicitis, debet dici potius fauorabilis, quam odiosa, ac proinde extendenda propter fauorem publicum, qui in his versatur, argumento doctrinæ Bartoli, *in l. quemadmodum, C. de Agric. & censit lib. 11.* vbi tenet, quod licet lex pœnalis & odiosa extra significatum propium nullatenus extendatur, tamen vbi extensio tendit ad fauorem reipublicæ, ita debemus eam extendere sicut legem fauorabilem, & ideo cum pertineat ad fauorem reipublicæ punire maleficia, adhoc vt prouincia in quiete remaneat, pœna statuti punientis facientem maleficium punietur fieri faciens, & debet extendi, si facit fieri, *Roman. cons. 19. col. vlt. Felin. in cap. translato, column. vltima. in versic. aliud est notandum. de constitutio. Decius in l. factum suum. §. in pœnalibus. 4. fallen. ff. de regulis iuris, & consil. 65. colum. 2. Alexan. in l. cum quidam ante fin. ff. de lib. & posthum.* refert plures Dida. Perez, *in rub. tit. 1. lib. 3. ordin. col. 747. post medium, & Everar. in cent. legal. loco 35. vers. vndecimo,* & sequuntur communiter Doctores *secundum Flamin. Paris. de confiden. benef. q. 13. n. 1.* quibus adde Beccium, *cons. 71. nu. 4.* Cum ergo militet eadem ratio in specie nostræ quæst. obuiandi, scilicet, delictis, videtur, idem ius esse statuendum, *vt in l. illud cum simil. ff. ad l. Aquil.* † & cum nostra lex sit fauorabilis, interpretatio larga fieri potest *l. 1. §. pecunia ff. de calumniat. l. sed ei Iulia, in prin. & in §. mutui dato, ff. ad Macedonia. c. quanto, de priuileg. c. si ciuitas, de sententia excommunic. lib. 6. Decius, cons. 297. col. 2. & cons. 301. col. 2. notatur in d. reg. odia, &c.* 28 29

Respondemus namq; contrarium esse verius, nempe vt nostra lex sit odiosa ex sequent. † Primo, quia lex facta in odium aliquorum, vel alicuius rei, censetur odiosa, & restringenda est, *l. qui exceptionem. ff. de condict. indeb.* vbi quod Senatus consultum Macedonianum inducens exceptionem filijs fam. ad arcendum dolum fœneratorum, & votum captandæ mortis alienæ, *iuxta l. 1. ff. ad Macedonia.* est odiosum, & restringendum, *Calder. cons. 14. sub tit. de verb. sig. Alex. cons. 128. post princip. lib. 1.* 30

Ioan. Anania, cons. 69. Decius, cons. 258. in casu n. 9. & communiter Doctores, secundum Flamin. Paris. vbi sup. nu. 12. Sed nostra lex Regia est huiusmodi, quia contra incedentes armatos post horam decimam noctis lata est: insuper & pœnalis, dummodo post pulsatam campanam tales apprehenduntur: ergo non est fauorabilis, sed potius odiosa, ac proinde non extendenda.

31 Secundo, † quia lex disponens aliquid ad arcendum, & euitandum dolum, & malitiam, censetur odiosa, *Bal. communiter receptus, in l. penult. num. 5. C. de pactis, secundum Flamin. Paris. vbi sup. numer. 17.* Sed lex nostra Regia est huiusmodi, *vt patet.* Ergo & cetera.

32 Tertio, † quia dispositio, quæ partim est fauorabilis, & partim odiosa, debet reputari odiosa, si principaliter facta est in odium, licet minus principaliter respiciat fauorem alicuius, *Doctores in l. quæritur, ff. de stat. homi. Geminian. & Francus, in cap. sciant cuncti. de electione, lib. 6. Parisius vbi sup. num. 18.* Sed lex nostra principaliter emanasse videtur non solum ad euitanda delicta, committi solita, sed etiam in odiũ delinquentium, & ad pœnam, & punitionem eorum, vt in posterum arceantur ab illicitis. Ergo, &c.

33 Quamuis † igitur lex pœnalis post delictum commissum, quoad punitionem contineat fauorem publicum, expedit enim reipublicæ, ne delicta remaneant impunita, *l. ita vulneratus cum simil. ff. ad l. Aquil.* hoc est secundario: principaliter tamen est odiosa, dum prohibet, & pœnam imponit, & ideo hæc pars, qua odium continet, est attendenda ad hoc, vt non extendatur, quia odia restringi, & fauores conuenit ampliari, *vt in d. iuris regula, iuxta regulam, l. si quis nec caussam cũ simil. ff. si cert. petatur,*

Denique in specie nostræ quæstionis non est prohibitum, deferre de nocte arma, alias permissa, nisi post pulsatam campanam *de la queda,* quæ pulsari debet post decimam horam noctis, vt in nostra l. Ergo non versatur fauor vllus in puniendo illum, qui arma de nocte detulit, non pulsata campana, vel ea intempestiue pulsata, cum non reperiatur prohibitum, sed imo permissum
34 censeatur, † quia prohibitum post tempus, ante tempus censetur permissum, & e contra, *vt in l. pater, § fundum, ff. de leg. 3. l. Imperator. ff. de postul. decisio. Pedemon. Oscasc. 85. n. 5.* Non est igitur eadem ratio in vno casu, quæ in alio, vt patet, & sic cessat omnino difficultas contra hanc secundam partem supra motam.

Non etiam obstat, quod nostra lex se referre videatur ad tempus, quo id fieri solet, & quod valet argumentum a solitis. Negamus namque primum, cum expresse nostra lex requirat sonitum, & pulsationem campanæ, post horam decimam noctis, & sic cessat secunda dissolutio.

Vltimum, quod pro prioris partis fundamento adduximus, de regula *cum qui certus est.* &c. non obest, quia pulsatio campanæ requiritur ad effectum vt homines, qui armati de nocte incedunt, habeant tempus se præcauendi, arma vt deponendi, vt prædiximus: quod ita commode fieri non potest per sonitum horologii, hic enim momentaneus est, & quotam horam horologium sonuerit, facile ignoratur, quod non contingit in pulsatione campanæ *de la queda,* quia communiter longo spatio temporis durat, vt homines cauti fiant: in summa certioratio illa horologii tantum, non est ita sufficiens, sicut pulsatio campanæ; Tandem vtraq; copulatiue requiritur in nostra l. vt incurratur pœna. Ergo prima de-
35 bilior non sufficit: † quia ad veritatẽ copulæ requiritur concursus vtriusque, *vt in l. si quis ita, ff. de verb. oblig. & ibi notat Ias. num. 1. in 1. notab. l. si heredi plures ff. de condit. institut. & alibi sæpissime.* Et ita merito hanc secundam partem in terminis similis statuti tenuit Bonifa. *in tractat. malef. in tit. de forma libel. & num. 80. & Iul. Clar. exemplificans in nocte Iouis, vel Veneris Sancti, in pract. crimin. §. fin.* *quæst. 82. in 6 statuto, in vers. pone in statutis,* dicens, quod ita tenent Doctores, *secund. Albert. vbi sup. de statut. 2. part. quæst. 7. in vers. item quæro rettentis.* & in indiuiduo nostræ l. Azeu. *in ea num. 2. cum seqq.* vbi ad alios casus bene infert, quidquid eum improbat Bobadilla *vbi supr. d. numero 54.*

Obseruandum † tamen erit, pœnam nostræ legis a- 36
missionis armorum apprehensi cum eis post sonitum campanæ hora solita, in praxi ac vsu in his Regnis receptam esse, quæ praxis rationem sumsit a glo. quæ expresse hoc ipsum vult. *in l. 1. verbo, domi ff. ad l. Iul. de vi. pub.* cuius meminit Ias. *in §. ex maleficijs, num. 8. inst. de actio. glos. etiam in cap. 1. §. si quis rusticus, de pac. tenend. &c. Barba. de præstan. car. 2. p. num. 28. test. Petr. Plaz. de delict. lib. 1. cap. 8. num. 22. Iul. Clar. quæst. 82. in 6. statuto circa delat. armor. Azeu. in l. 9. num. 5. infra eod. tit.*

Quinimo † Domini Castrorum, etiam recognoscen- 37
tes superiorem, & quod magis est, ipsi Prætores missi ad regendas ciuitates possunt pœnam imponere portantibus arma, etiam præter ius commune: † licet enim con- 38
tra ius commune nihil possint statuere, possunt tamen ad confirmationem iuris communis addere, vel augere pœnas, iuxta gl. communiter approbatam, *in Clem. ne Romani, verb. tolli, & ibi Cardin. de elect. Feder. de Sen. cons. 182. in fin. Dec. cons. 199. col. 3.* & in terminis ita tenet Aym. Crau. *cons. 314. per totum, quem refert & sequit. Tib. Deci. in tract. crimin. lib. 8. cap. 3. num. 18.* † vbi *num. 19.* addit, quod 39
ex communi consuetudine totius Italiæ solent fieri proclamationes, & edicta per Rectores ciuitatum & castrorum, quod nullus portet arma sub tali pœna, qua consuetudine stante nullus potest excusari, etiamsi sit forensis, *secund. Bart. in l. vlt. §. licet quis, in fin. ff. de public. Petr. Rau. in tract. de consuet. num. 203, Bos. sub tit. de pluribus violent. num. 72 & Gram. decis. 36. num. 82.* † Sic etiam statu- 40
ta prohibentia vsum armorum, comprehendunt etiam forenses, licet vere ignorent tale statutum: debent enim cum intrant ciuitatem, vel oppidum, informationem capere de legibus & moribus earum, vt probat ibi idem Decian. *d. c. 3. n. 26.* & Bobad. *en su politica de Corregid.* lib. 1. p. 2. n. 69. vbi quod nihilominus iudex in hac spe- 41
cie vtatur æquitate cum prædictis forensibus.

Pero † las armas que se tomaren conforme a nuestra ley, las 42
han de manifestar luego otro dia, y exhibirlas ante la justicia, para que se sepa como, y de donde, y a que hora, y a quien se tomaron. excipit nostra l. 5. *a las personas que lleuaren hacha encendida, lãterna, o cãdela,* intellige *encẽdida, y a los que madrugã para sus oficios, y para salir al campo a sus labores, y haziendas.*

Alias † plures limitationes late prosequitur Petrus 43
Duennas *in reg. 55. per totam,* & Petrus Plaza *in epitom. delict. lib. 1. c. 8. n. 10. cum seq. & n. 27.* & latissime ac melius Tib. Dec. *lib. 8. de varijs quæstionibus circa gestat. armorum, c. 3. n. 33. cum seqq. 2. tom. tract. crim.* vbi *18.* limitationes congerit, & examinat, & ante eum retulit Menoch. *de arbit. iud. lib. 2. cent. 4. casu 394. n. 85. cum seq. & Carrer. in pract. crim. in vers. in tex. ibi, item quia n. 5. cum seq. & nouissime Bobad. vbi sup. num. 65. cum pluribus seq.*

Ex † quibus inferri potest ad intellectum l. 9. *infra hoc* 44
tit. 6. prohibentis, *que no se traygan espadas de mas de cinco quartas de vara de cuchilla,* sub pœnis in ea contentis, vt comprehendat etiam, & liget alienigenas, & exteros ab his Regnis: hi namque cum ea ingrediuntur, debent se informare de legibus, & moribus horum Regnorum, quod procedit in illis exteris, qui iuxta hæc Regna demorantur, vel etiam longius, si diu moram in eis fecerint, vt latius dicemus ibi, *q. 28.* † Obseruandum est et- 45
iam, *que las cinco quartas de vara que han de tener las espadas, verdugos y estoques se han de medir y contar de cuchilla, y no del punno,* vt patet ex eadem l. ibi: *de mas de cinco quartas de vara de cuchilla,* & ita ex facto consultus respondi.

Obseruandum † est quoque, quod repertus cum 46
armis

armis prohibitis, vel tempore prohibito, statim potest puniri pœna contra eum statuta, absq; alio processu, vt inquit Bald. *in l. si irruptione, §. fin. alias, incipit l. ad officium, ff. finium regund. idem Bald. in l. ictus fustium, col. 3. de his qui not. infam. Afflict. c. 1. §. si quis rusticus num. 16. de pac. tenend. Grammat. decis. 36. num. 80. vers. sic & dicimus in simili, idem in constit. intentionis, num. 22. & eos referens Tiber. Decian. d. lib. 8. cap. 4. num. 4.* Quod intelligendum est per ipsum iudicem competentem loci: ministri namque eius iurisdictionem vllam ad hoc non habent, sed tantum ad spoliandum armis sic cum eis repertum, *y a manifestarlas luego otro dia, y exhibirlas ante la justicia, para que se sepa, como, y donde, y a que hora, y a quien se tomaron,* iuxta hanc nostram l. 5. ad fin. Et præterea debet subsequi sententia condemnatoria iudicis armorum, ad hoc vt ministri ea capientes secure possint acquirere eorum dominium, alias in syndicatu tenebuntur ad eorum restitutionem: praxim autem in hoc obseruandam ponit Bobadilla *vbi supra num. 104.* nempe, vt officiat denuntiatio ministri & confessio partis, vel duo, aut vnus testis cum iuramento ministri, imo sola denuntiatio cum exhibitione armorum *secund. Tiber. Decian. contra Azeu. & alios,* & quod sufficit iudicem aliquem deprehendere & inuenire cum armis vetitis ad hoc, vt eum in eis possit condemnare: sed quod si valor armorum maiorem desideraret processum, is fulminati deberet cum citatione partis, sed summarie: *pero dize el mismo autor en el numero precediente, que si entre los pregones que se suelan dar de buena gouernacion, se pregona tambien que no traygan armas a horas, ni en lugares prohibidos, so pena de perderlas, sin mas denunciacion, ni sentencia, que en tal caso luego quedan perdidas y contenadas, segun Paris de Puteo,* de syndicat. verbo. bannum, fol. 133.

SVMMARIA.

1 *Arma portans visus per iudicem, vel eius officialem in via, vel loco prohibito aufugiens quo vsque ingressus fuit domum suam, vel locum tutum vbi fuit apprehensus, an incidat in pœnam l. Regiæ? & numeris sequentibus, pars affirmatiua fundatur vsque ad num. 6. sed eo num. negatiua probatur.*

3 *Finis quando est licitus & habet necessariam caussam & consequentiam cum principio, inspicitur principium, sed quo modo hoc procedat, & intelligatur, agitur, num. 9.*

4 *Armorum delatio de iure communi est prohibita: & quid de iuro Regio, num. 9. imo ex communi consuetudine in desuetudinem abiit, vt in num. 10.*

5 *Iudex, vel eius familia insequens delinquentem in territorio suo potest eum capere etiam in alieno: sed contrarium probatur, num. 11. cum sequentibus & prius limitatur, num. 14.*

7 *Statutum puniens deprehensum cum armis non habet locum in eo, qui non fuit captus cum armis, sed testibus conuictus, quod ea detulerit.*

8 *Familia potest perquirere sub pallio deprehensi, an arma ferat, nec potest ei ob hoc resisti.*

12 *Mutato territorio statim dicitur mutata potestas.*

13 *Capiens exsistentem in alieno territorio, & retinens eum, videtur actione iniuriarum obligari.*

15 *Iudex exercens suam iurisdictionem, & capiens alium in aliena iurisdictione & diœcesi non sua, delinquit.*

16 *Confugiens ad Ecclesiam, vel eius limina & fores, cum armis vetitis, vel etiam permissis, potest eis spoliari.*

In eadem l. 5.

QVAESTIO XXV.

1 QVÆRO † secundo circa eandem l. 5. *an incidat in pœnam eius ille, qui visus est per iudicem, vel eius officialem portare arma in via, vel loco prohibito, aufugiens, quo vsque ingressus fuit domum suam, vel locum tutum, iudexque, vel eius officialis semper insequutus est eum, & in dicta domo propria, vel loco tuto apprehendit eum cum armis?*

Et † prima quidem facie videtur eum incidere, sicq; 2
quod possit armis spoliare, argum. tex. *in l. quod ait lex, §. quod ait, ff. de adult.* vbi ille, qui non potest occidere adulteros, nisi in certo loco, & in fragranti delicto, potest eos aufugientes insequi, atque vno impetu in continenti occidere; † Ex quo text. notant ibi, Bartol. & Doctores, quod quando finis est licitus & habet necessariam caussam, & consequentiam cum principio, inspicitur principium. Pro quo est etiam text. *in l. qui cum maior, §. 1. ff. de lib. caus. diximus, lib. 3. pract. quæstionum, quæst. 1. num. 25. cum sequentibus,* & præterea idem sequitur August. de Arimin. *in addit. ad Angel. de malef. supra verb. quod fama publica, num. 62. & Anton. Gomez, in l. 45. Tauri. num. 48.*

Secundo † pro hac parte facit, quia de iure commu- 3
ni delatio armorum est prohibita, vt probat tex. *in authentico de armis, collat. 6. & ibi Glossa ordinaria & communiter Doctores, & in l. vnica, C. vt armorum vsus inscio Princ. interdic. sit, lib. 11. Anton. Gomez. vbi sup.* probat latissime, tam iure communi, quam Regio Petr. Plaz. *in epitom. delic. lib. 1. cap. 8. num. 1. per totum, Petrus Duennas amplians, & limitans in reg. 55. per totam, diximus, lib. 1. pract. quæst. 12. num. 3. & 5. quæst. proxime præcedenti, & nouissime Tiber. Decian. lib. 8. de prohibit. vsu armorum, cap. 3. num. 1. cum sequent. 2. tom. & Carrer. in pract. crim. cap. incipienti in tex. ibi, itemque eorum num. 20. Farinac. in suis quæst. crimin. tit. de carcer. & carceratis, q. 28. num. 65. fol. mihi 281.*

Tertio † & præcipue ex doctrina Ang. per illum 4
tex. *in l. Gracchus, C. de adult.* vbi tenet, quod si iudex, vel eius familia, insequitur delinquentem in territorio suo, potest eum capere etiam in alieno, argu. tex. *in d. §. quod ait:* quam doctrinam sequitur Roman. & cum eo August. de Arimin. *vbi sup.* reprobans Angel. ibidem tenentem contrarium. Similiter etiam ex illo tex. inquit Roder. Suarez, *in l. 2. tit. de los emplazamientos, in vers. sed attende sub n. 30. lib. 2. for.* quod captura, quam facit creditor sui debitoris de sua prouintia, insequendo continuo eum fugientem in alieno territorio, valet, & tenet, quia propter continuationem fugæ videtur captus in loco, vbi incepit fugere, & in terminis nostræ quæst. per prædicta ita tenet Ant. Gomez, *vbi sup.* dicens se credere hanc esse veritatem.

His † tamen non obstantibus, contraria sententia, & 5
sic negatiua est tenenda in specie nostræ quæst. imo quod pœna legis nostræ amissionis armorum non incurratur, & hoc ex litera nostræ legis Regiæ, ibi: *Y las nuestras justicias se las quiten,* & sic requiritur apprehensio: aliter enim denuntiari non potest, vt in terminis similis statuti tenet Bart. *in l. 1. in princ. num. 18. de acquir. poss. & ibi Paul. Castrens. column. fin. num. 19. per text. in l. si barsatorem, C. de fideiuss.* sequitur alios referens Anto. Gomez, *vbi sup. num. 48. in princ.* Et hæc opinio est communis & magis communis, & seruatur in praxi, vt plures referens, testatur Iul. Clar. *in pract. crimin. §. fin. q. 82. in 6. statuto circa delationem armorum,* vbi affirmat, quod ab hac opinione, tanquam veriori & magis communi, & etiam consuetudine approbatam, non putat vllo modo recedendum, quam sequuti fuimus, plures allegando, *lib. 1. pract. q. 12. n. 5.* & nouissime Azeued. *hic num. 12.* & est communis opinio mitior, & seruatur in practica, vt latissime eam iure probans & defendens ab impugnatione Menoch. *de arb. lib. 2. cent. 4. casu 94. nu. 49.* tenentis contra eum, testatur Decian. *vbi sup. cap. 4. num. 5. fol. 157. cum sequent.* estque communis opinio, practica, & obseruantia, *secund. Carrer. in pract. crimin. in c. incipienti, in tex. ibi, itemque n. 22. & Bobad. en su politica de Corregido. lib. 1. cap. 13. num. 108.* & ita proculdubio est tenendum & iudicandum in praxi, quidquid dicat Claud. relatus per

per Iul. Clar. *vbi sup.* Ias. dicere, contrarium tenere communiter modernos.

7 Hinc † est, vt si statutum puniat deprehensum cum armis, pro vt nostra lex facit, non habebit locum in eo, qui non fuit captus cum armis, sed testibus conuictus, quod ea detulerit, quidquid contrarium voluerit, glos. *in l. 1. verb. deprehensus, C. vbi Senat. vel clariss.* quam dicit communiter approbatam Ripa, *in tract. de pest. in rub. de remed. ad conser. vbert. n. 105.* Sed profecto consuetudo probat totum contrarium, vt attestatur D. Couar. *in pract. q. c. 33. in fi.* dicens, quod frequentior consuetudo in toto orbe Christiano est, quod arma prohibita deferēs, nunquam ea amittat, nisi quis fuerit cum illis deprehensus armatus, etiamsi constet arma illum portasse: & inquit Iul. Clarus *vbi sup. in vers. sed quid si statutum*, quod ita ipse seruaret, si casus contingeret, præterquam si statutum diceret, quod posset etiam procedi per inquisitionem. At cum lex nostra Regia hoc non dicat, sed potius requirat, saltē præsupponat, apprehensionem cum armis esse necessariam ad hoc, vt arma amittantur, & clare hoc disponat *l. 7. hoc tit.* ibi: *Y fuere tomado con armas*, consequitur, quod cum incedens cū eis fugiens a familia iudicis non apprehendatur, quo vsq; in domum suam intrauerit, vel alium locum tutū ingrediatur, ea non amittat. Et in terminis hanc partem tenent Bald. *in l. plerique, in 1. lect. in fi. per tex. vbi, Alex. n. 8. Ias. 12 ff. de in ius vocan.* & in specie nostræ l. Regiæ circa eius praxim, idem docent Petr. Plaz. *de delict. lib. 1. c. 8. n. 19.* & decisio contraria Anto. Gomez, non placet Azeu. *in præsent. n. 14. in fi.* sicq; tenet hanc secundam nostram sententiam, quam etiam probauit Tiber. Decian. *vbi sup. dict. c. 4. n. 10. fol. 158.* vbi *n. 11.* † quod

8 potest familia perquirere sub pallio deprehensi, si arma ferat, nec potest ei in hoc resisti, quia pertinet ad eius officium, *secundum Doctores*, quos ibi citat, dicens, quod ita etiam vsus obseruat.

Modo nō obstant fundamenta contrariæ partis, non quidem primum, cum eidē adiunctis & similibus, quia procedit, vbi est eadem ratio, & congruitas terminorū: secus vbi est diuersa ratio & qualitas terminorū: † quia

9 tunc quidquid est licitum in termino a quo, non est licitum in termino continuato, *ita Bald. in l. si quis non dicam raperet, n. 8. C. de Episcopis, & Cler.* quem refert, & sequitur exemplificans, vt infra videbimus *in responsione ad tertium adnotatio. ad Angel. de male. vbi sup.*

Secundum non obstat, quia licet delatio armorum sit prohibita de iure communi, iure tamen nostro Regio ita demum est prohibita, si quis deprehendatur cum eis post sonitum campanæ, & horam ad id signatam a no-

10 stra lege, imo vt dicebā in quæstione præcedenti, † his deficientibus est permissa delatio ensis de marca & pugionis. Sic etiam Decianus, *vbi sup. d. lib. 8. c. 4. n. 5. vers. item moueor*, inquit, quod licet de iure communi prohibitum sit, portare arma, quod tamen non videt, clare probari per aliqua iura: attamen ex communi consuetudine in desuetudinem abiit: nam hodie in quacunq; regione & ciuitate, qui libet potest portare arma, & portat impune, nisi expresse, prohibeatur a statutis, vel edictis Magistratuum, & quod hæc consuetudo est valida.

11 Ad † tertium respondemus, contrarium esse verius, & tenendum, nempe quod etiam si iudex, vel eius familia insequatur delinquentem in territorio suo, non potest eum capere alienum ingressum. Cum enim in alienum territorium se contulit, statim Dominus primi territorii priuatus est potestate eum capiendi, arg. tex. *in l. sicuti 8. §. Aristo. ff. si seruitus vendi.* vbi quod non licet ponere pedem in alieno territorio: † mutato namq; terri-

2 torio, statim dicitur mutata potestas, *arg. l. si dominium, ff. de furt.* Nec obstat *l. capite quinto. ff. ad l. Iul. de adult.* quia ibi durabat potestas retinendi patris familias. In casu autem prædicti tertii fundamenti secus propter territorii mutationem: & ideo si non iuste caperetur, tunc iudex in cuius territorio iniuste captus est, potest repetere talē captum, & allegare quod capi non potuerat, sicq; capiens non posset in eum facere exsecutionem, etiam si iudex alterius territorii non repeteret, sed deberet suæ pristinæ libertati restituere, cum captura sit nulla. † Quinimo & 13 capiens & retinens videntur obligari actione iniuriarū, *vt in c. ex parte, de ver. signif. ita Florian. in d. §. Aristo, & Bald. ibidem, quos refert Angel. de malef. in parte, & fam. pub. d. n. 61.* cuius opinionē defendit, & probat ibi eius noua additio ab impugnationibus Ariminii dicentis, quod illa decisio Angeli erat falsa in hunc modum, nempe quod vbicunq; esset licitum, ex forma statuti, offendere aliquem deprehensum in aliquo crimine & in domo, certe si ille deprehensus aufugiat de domo, poterit per totum territorium statuentium impune offendi: sed si eum insequatur in alieno territorio, nō poterit tunc eum offendere, quia statutū hoc non potuisset id permittere. Nec est verisimile ita permisisse, quia tunc est diuersitas terminorum, & per consequens, & nominis; sed si exinde insequatur extra domum per territorium statuentis, licite poterit eum offendere, inspecto quod principiū est licitum, & vbiq; eadem ratio. Remanet igitur ex his responsum fundamētis contrariæ partis principalis nostrę quęst. & probata, ac defensata doctrina Floriani, Bald. & Angel. *de malef. vbi sup.* contra Ange. *in d. l. Gracchus*, & August. de Arimin. adductos pro tertio fundamento prioris partis, & sic dilutum prædictum tertium fundamentū, & ideo merito super veritate dicti tertii fundamenti Ant. Gom. *in d. l. 45. Taur. n. 48.* se remittit ad Ang. *de mal. vbi sup.* sicq; videtur sequi eius doctrinam: Quinimo idem Ant. Gom. *in 3. to. c. de captura reorum n. 5.* testatur, hanc doctrinam Angel. de malef. veriorem, & communem, & tenendam, & quod ita practicatur. Eandem sequitur cum aliis, quos refert D. Azeu. *in l. 3. ti. 2. lib. 1. nou. collect. Reg. n. 3. & ante eum Remig. de immunit. Eccles. fall. 31.* & nos *lib. 3. pract. q. 6. n. 7.* resoluentes, † secus esse, si iu- 14 dex in suo territorio captum delinquentem, violenter in aliud territorīū ingredientem, ab eo extraxerit, nunquam dimissum, & in suū carcerem incluserit, cum huiusmodi delinquens alienum territorium liber non fuerit ingressus, sed captus, & nunquā fuerit dimissus: † iu- 15 dex autem exercens suam iurisdictionem, & capiens alium in alieno territorio, & iurisdictione extranea, & diœcesi non sua, delinquit, *vt per Auiles, cap. 1. Præt. glos. 1. n. 6.* vbi agit de pœna, qua plecti, & puniri debeat ob id.

Opinionem † tamen Ant. Gomez priorem in nostra 16 quęstione principali, quā sup improbauimus, saluat nouissime Bobad. *vbi sup. d. n. 108.* in certis casibus de quibus ibi per eum, & præcipue in confugiente cum armis ad Ecclesiam, vel eius limina & fores, cui arma auferri possunt, *secundum Couarr. lib. 2. variarum resolut. c. 20. n. 18. vers. 36.* & alios quos citat Sit. A. dicens, ita etiam practicari, tametsi Couarr. *vbi sup.* loquatur de confugiente ad Ecclesiam cum armis vetitis, quasi secus sit, si cum permissis aufugiat, vt obseruauit Azeu. *in l. 3. num. 5. tit. 2. lib. 1. nou. collect. Reg.* & nos quoq; *lib. 1. pract. q. 11. num. 9.* sed adhuc idem esse in vtroque casu, & practicari, affirmat Bobad. *vbi sup.*

SVMMARIA.

1 *Armorum appellatione, an veniant arma parata ad defensionem, & numeris sequentibus, quid tenendum sit de iure communi, num. 6. idque limitatur, num. 7. & de iure Regio, num. 8. & 9.*

2 *Armorum & telis differentia, & quid vnum quodq; horum significet, sed sæpe confunduntur, vt in num. 3.*

5 *Armorum vsus ad defensionem paratorum iure communi est prohibitus.*

In eandem l. 5.

QVAESTIO XXVI.

1 QVÆRO, *an appellatione armorum veniens etiam parata ad defensionem, vt galea, lorica, & similia, adeo vt statutum, vel lex loquens de facientibus vim cum armis, vel de portantibus arma, comprehendat, etiam eos, qui portant arma parata ad defendendum, non vero ad offendendum?* Et quidem iure communi videtur, non comprehendere, cum attenta mente statuentium quia prohibendo arma simpliciter & generaliter, voluerunt prohibere rixas, & sic arma offensiua, non vero defensiua tum etiam ex l. *his qui, § penult. & vt. ff. ad l. Iul. de vi publ.* vbi telorum appellatione veniunt ea tantum, quibus quis nocere potest. Inquit enim, qui autem telum tuendæ salutis suæ causa gerunt, non videntur, homines occidendi causa portare. Et licet ille text. non loquatur de armis, sed de

2 telis, † & inter hæc non modica differentia fit, si proprietatem verborum spectamus, arma namque dicta sunt, *teste Sext. Pomponio & Varrone*, quod armos tegunt, vt lorica, & similia genus armorum, quod huiusmodi tegat, iuxta illud Virgilii, in secundo de Priamo loquentis: *Arma diu senior desueta trementibus ævo, Circumdat, nec quidquam humeris.* Quæ est verisimilior interpretatio aliis. Telum autem vulgo id appellatur, quod ab arcu mittitur, sed nunc omne significatur, quod mittitur manu, vt lapis, lignum, ferrum dictum a voce Græca, quod in longinquum mittitur, *vt in l. si calumniatus, §. telum, ff. de verbor. significat. l. 1. §. occisorum, ff. ad Sylucian. & in §. item lex Cornelia, instit. de sicariis & de public. iudic.* & probat alias Tiberius Decian. *de tauff. & fact. ex quibus oritur, &c. cap. 2. num. 4.*

3 Nihilominus † tamen idem videtur dicendum de armis, ac sæpe confunduntur, vt arma & tela quodcumque genus armorum significent, quo cuique quis nocere potest, vt probatur *in l. si de pignore §. ferem. ff. de furt.* & probat late etiam in statutis, Tiberius Decian. *vbi supr. num. 3. & 6.* Ergo dispositio *d. l. his qui, §. penult. & vltim.* procedit, non solum in telo, de quo loquitur,

4 sed etiam in armis, † nempe vt appellatione eorum veniant tantum ea, quibus quis nocere potest, & sic offensiua, non vero defensiua. Denique idem probat *l. 1. ff. ad l. Iul. de vi publ.* & ibi Bartol. Et in terminis nostræ quæstionis, ita tenet Gandin. *in tractatu malef. sub tit. de multis quæstion.* qui est vltimus *num. 6. in versic. item pone contineri in statuto.* & Angel. *in §. ex maleficiis, num 12. inst. de action. & ibi Ias. num. 85 idem Angel. in Larmatos. ff. ad leg. Iul. de vi public. & ibi Bartol.* & est communis *secundum Petrum Plazam, in epitom. de delict. lib. 1. cap. 8. num. 9. & Iul. Clar. lib. 5. sentent. §. fin. quæst. 82. statuto 6. circa delationem armorum, num 3. & Villalob. in sua antinom. iuris, lit. A. num. 73. Auendañ. in suo dictionario, verb. armadura*, quos & alios refert & sequitur, & de iure communi probat cum communi Azeued. *hic num. 2.* & tenuit Carrer. Regin. *in sua practic. crimin. in cap. incipienti, in text.* ibi, *itemque eorum, num. 13.* Vbi hoc in Regno illo est expeditum, etiam non posse ferre arma defensibilia, vt loricam, scutum & banceram, cum ex his efficiatur quis audacior ad maleficium, vt dicitur in constitutione intentionis.

5 Contrarium † tamen, imo quod vsus horum armorum ad defensionem paratorum sit etiam prohibitus de iure communi probatur, *in authent. de armis, §. penult.* & quod appellatione armorum veniant etiam loricæ, scuta, & similia ad defensionem parata, probatur clare *in l. 2. C. quæ res, export. non poss. & in l. armorum, ff. de verb. significat.* per quæ iura ita probat cum aliis Petrus Duesius *in regul. 55. ampliat. 1.* & Petrus Plaz respondens fundamentis contrariis, *d. cap. 8. num. 4. & 5. & Tiberius Decian. vbi sup. lib. 8. de prob. b. vsus arm. c. 3. num. 14.* Ea ratione, quia licet hoc genus armorum defendat corpus, facit tamen etiam hominem audaciorem ad delinquendum, vt pulcre declarat Afflict. *in const. Reg. in cip. intentionis, num. 32.* per quam constitutionem expresse prohibetur vsus armorum, etiam ad defendendum apta: & ita dicit, se vidisse seruari Alber. *in 2. p. statut. q. 115. in vers. item quærit.* quem refert August. ad Argel. *de malef. in verb. vno loco ferreo, post num. 5.* de quo etiam per Iul. Clar. vbi supr. sequitur alios referens Bobadilla, *in sua politica de Correg. l. 1. c. 13. num. 82.*

Quid † tenendum mihi, iure communi attento, mi- 6
rum in modum placet concordia, & distinctio assignata in proposito per Tiber. Decian. *d. lib. 8. c. 2. num. 7.* nempe quod regulariter, appellatione armorum, veniant & ea, quæ ad offensam, & ad defensam parata sunt, vt probatur in iuribus pro 2. parte citatis, & tenet Alciat. *in d. l. armor. in princ.* In statutis autem attendatur subiecta materia & mens statuentium, quæ si communis erit vtriusque generi armorum, & vtrumque genus comprehendetur, aliis secus. Exemplum *in d. l. 2. C. quæ res export. non poss.* vbi prohibentur arma portari ad Barbaros, quia in specie appellatione armorum cōprehenduntur etiam scuta, loricæ, galeæ, & similia. Et est ratio, quia subiecta materia & mens legislatoris hoc declarat: Ratio namque legis fuit, ne barbaris & infidelibus quidpiam auxilii daretur, quo possint Christianis nocere: sed ita nocent Christianis, armando se galeis, loricis & scutis, quibus se tuentur aduersus Christianos, sicut etiam illis, quibus eos imperunt: ideo & hæ species comprehenduntur: sic etiam in auth. *de armis*, prohibentur non solum portari, sed fabricari, & vendi arma, quo nomine comprehenduntur, etiam ea, quæ ad defensionem fabricantur, quia mens Iustiniani fuit arma cuiuscumque generis solum militibus concedi, non priuatis, & vt armentaria referrissima foierent ad armandos milites, & nō mutuis cædibus inter se priuati insurgerent, quæ mens vtrique armorum speciei conuenit. In his casibus & similibus procedit præfata secunda sententia affirmatiua: in materia autem vis faciendæ armorum appellatione vtique non comprehendentur galeæ, nec loricæ, nec alia parata ad defensionem quæ nocere non possunt, vt dicitur *in d. l. his qui, ff. ad l. Iul. de vi publ.* quia in hac materia illa dicuntur arma, quæ nocere possunt, non alia *l. armatos ff. eo.* est q; ratio, quia lex in hoc considerauit tātum offensionem, non defensionem, & ita procedit prima opinio supr. fundata.

Quod † limitat idem Decian. *d. l. 8. c. 3. n. 14.* quā do ap- 7
pareret, quod quis armasset se animo pugnis aliquem offendendi, ne ipse offenderetur ab eo, quem intendebat offendere, vt declarat Afflict. *vbi supr.* tunc enim arma defensiua audaciorem eum efficiunt: sicq; cum delinquat cum eis, merito vt tunc ea in statuto comprehendantur.

Superest † vt videamus, quid in hac quæstione dicen- 8
dum, & tenendum sit de iure Regio. Et in hoc l. 7. huius *tit. 6 lib. 6. nou. collect. Reg.* secundam prædictam sententiam affirmatiuam indistincte videtur expresse probare: inquit enim: *Mandamos que en los lugares donde estuuieren vedadas las armas generalmente, so pena que se an perdidas, si alguno fuere contra el dicho vedamiento, y fuere tomado con armas ofensiuas y defensiuas, las vnas y las otras las ha de perder.* Per quam l. quæ ante nouam collectionem legum huius Regni erat *l. 32. tit. 1. lib. 2. ord.* hoc probari contra communem, certissimum est secund. Petr. Plazam *vbi supr. n. 9.* & D. Redin. *in tract. de Maiest. Princip. num. 178 cum seqq.*

Sed profecto lex hæc tantum loquitur in specie quadam mixta, nempe quando aliquis in locis prohibitis apprehensus fuerit cum armis simul offensiuis, &

defensiuis, vt sic ratione armorum offensiuorum amittat etiam arma defensiua, quia cum omnibus simul incedit armatus, & tunc merito vt appellatione armorum prohibitorum vttaque simul portata comprehendantur, atque amittantur, quod clare probat nostra l. ibi: *Armas ofensiuas y defensiuas.* Copia enim illa, &, coniungit & requirit ad sui veritatem cõcursum vtriusque copulati, vt in tegiutis. Insinuat igitur manifestissime nostra l. loqui tantum in hac specie, & sic merito inquit: *Si alguna fuere contra el dicho vedamiento.* Si quidem fuit repertus & apprehensus cum armis offensiuis, insuper & simul cum defensiuis, secusque ideo esse, si cum armis defensiuis tantum quis fuerit apprehensus, sumto argumento a contrario sensu, quod fortissimum est in iure, *l. 1. §. huius rei, ff. de offic. eius cui mandat. est iurisd.* Accedet & secundo, quod litera nostræ legis, antequam huic nouæ collect. Reg. inseretetur, aliter se habebat, nempe ibi: *Quier ofensiuas, quier defensiuas.* Et sic loquebatur disiunctiue. Vnde nil mirum si Petrus Plaza, cui non contingit ad nostra tempora nouæ collect. Reg. peruenire, morte præuento, verissimum existimauerit, lege illa Regia secundum priorem in literam disiunctiuam opinionem communi contrariam esse probatam: fateor enim illo tempore hoc verum esse, siue quis fuisset apprehensus cum armis defensiuis tantum, siue simul cum offensiuis: At vero hisce temporib. cum compilatores harum legum iussu nostri Regis Philippi literam disiunctiuam in copulatiuam commutauerint, idque Rex noster approbauerit, & secundum has ll. nouæ huic compilationi Regiæ insertas iudicandum esse præceperit, vt cauetur in prouisione & pragmatica Regia in principio. eiusdem collectionis posita, manifestius ostenditur, quod si quis fuerit apprehensus cum armis defensiuis solum, absque offensiuis, ea non amittit: idque patet ex mente aperta nostræ legis secundum notiorem literam: non enim in portandis armis defensiuis tãtum, militat eadem ratio prohibitionis, quæ in offensiuis, quæ mens attendenda est in hac materia, *vt resoluimus supra.* Et in terminis similis constitutionis prohibentis arma defensiua etiam portare, vt intelligatur, quando huiusmodi arma defensiua, simul cum offensiuis portantur, attenta ratione, quod cum eis audacior quis fiat ad maleficium: secus quando tantum defensiua portat, & non offensiua a ratione cessante, *tenet Matth. de Afflict. in constitutione Regni intentionis, in 3. notabili.* quem refert & sequitur Carrer. Regi. *vbi supr. d. n. 13.* Et hanc opinionem nostram l. sic interpretans, tenet Ioan. Redin. *vbi supr. num. 183, cum quatuor seqq.* cuius rationes placent Azeued. *in præsenti, num. 2. in fin.* adiicit tamen, quod in praxi male admittitur a iudicibus, cuius occasione hãc partem, quod arma defensibilia, cum quibus quis solum fuerit apprehensus amittantur, tenet Bobadilla *in sua polit. de Corregid. lib. 1. c. 3. num. 62.* Addo ego hoc procedere ex inordinata quorundam iudicum cupiditate, qui in re propria obcæcantur. Deinde ansam eisdem præbuisse literam disiunctiuam legis antiquæ supra relatam, & inde profluxisse forsan, vsque ad nostra tempora eandem praxin in curia & errore iudicum: At vero qui sunt circumspecti & timoratæ conscientiæ aduertant ad literam nouam nostræ legis eiusque mentem & intentionẽ, minimeq; iniuriam faciant, rapientes quod suum non est, quia sibi a iure non defertur. Quamobrem si aliud fecerint, resque ad suprema Tribunalia deferatur, apud quæ iustitia & veritas obseruatur, atque attenditur absque humano vllo respectu, existimo reuocandrm, atq; præcipiendum iudicibus, vt arma defensiua sublata, quæ tantum quis deferebat, eidem restituantur: appellati enim potest, *secundum Tiber. Decian. d. lib. 8. c. 4. num. 21. post alios, quos refert:* dicit tamen se nunquam vidisse, aliquẽ interposuisse appellationem, quia solet statim exequi pœna absq; aliquo processu, idem credo secus agere iudices in syndicatu, si ab eis petatur, prout tenentur.

Limitanda † tamen videtur nobis hæc sententia in casu supra præmisso, nempe quando forte apparetet, quod quis se armasset armis defensiuis, absque offensiuis, animo pugnis, vel alias, aliquem offendendi, ne ipse offenderetur ab eo, quem intendebat offendere, secundum Afflict. quem citauimus supra.

SVMMARIA.

1 *Familia perquirens de nocte portantes arma reperit tres socios simul astantes, & sub eorum pedibus vnum ensem, vel aliam armorum speciem, nec scirs potest, cuius fuerit, an omnes teneantur? & num. seq. resoluitur. num. 6.*

2 *Occisus in via, a vicinis præsumitur occisus, & ideo ipsi debent torqueri, & quomodo hoc intelligatur. num. 5.*

3 *Occisus iuxta domum, vel in domo alicuius, ab ipso præsumitur occisus, & quomodo hoc intelligatur. num. 5.*

7 *Repertus pluries portare arma vetita, vel in loco vetito, an toties puniri posset amissione armorum, vel pœna statuti.*

In eandem l. 5.

QVÆSTIO XXVII.

QVÆRO vlterius circa eandem l. *quid si familia perquirens de nocte portantes arma, reperetur tres socios simul astantes, & sub eorum pedibus vnum ensem, vel aliam armorum speciem, nec scirs potest cuius fuerit, an omnes teneantur?* 1
Hæc quæstio posset sibi locum vendicare, quando vltra amissionem armorum, alia pœna esset ab statuto imposita apprehensis cum armis: nam si solum puniuntur manumissione eorum, prout iure nostro Regio contingit, nulla dubitatio est, quandoquidem siue sint illa arma vnius, vel alterius, poterit familia ea auferre, quia eos inuenit cum illis. hora vel loco prohibitis.

Dubium autem versatur maximum, quando ab statuto alia insuper pœna adiicitur, & ignoratur, atque incertum est, cuius sint arma, quæ reperiuntur iuxta eorum pedes: & quidem si vnus tantum reperitur, & iuxta illum gladius, aliave arma prohibita, nec sciat demonstrare, quis ibi ea posuerit, nec aliquam verosimilem afferat rationem, quod ipse illum gladium non habuerit; poterit quidem puniri, cum in dicium sit vehemens, nec possit verificari, quod ille gladius fuerit alterius, vel ab alio ibi positus, nisi doceret de oprima sua conditione & fama, & quod ipse nunquam solitus est ferre arma, sicque nisi in dicium illud aliis conie cturis & probationibus elideret, puta, docendo, quod ensis non erat suus, & simul puniri posset pœna statuti, vt in termino tenet Tiber. Decian. *lib. 8. de variis quæst. circa gestationem armorum, c. 4. num. 12. in vers. putarem tamen.* & ante eum Hippol. *in pract. crim. §. pro complemento, num. 28.* quem refert & sequitur Azeued. *in l. 6. huius tit. num. 15.* & tenuit eam Petrus Plaz. *de delict. lib. 1. c. 8. num. 17. in fin.* vbi verissimum iudicat, quod a ministris iudicis possit huiusmodi inuentus, & apprehẽsus armis spoliari, quod quidem est indubitũ quod si sint plures reperti cum armis iuxta pedes eorum, videtur prima facie dicendum, quod omnes puniantur, & si sit pœna delationis armorum pecuniaria, vno soluente, ceteri liberentur. † Primo, quia 2
occisus in via, a vicinis præsumitur occisus, & ideo ipsi debent torqueri, *ita Bald. in l. Dominus horrorum, ff. locati, quem sequitur Grammat. consil. 33. num. 2. & cum eis transit Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 4. casu 394. num. 54. idem alios citans lib. 5. præsumtionum, præsumt. 31. num. 18.* † Secundo, 3
quia occisus iuxta ostium alicuius, vel in ipsius domo, ab ipso

ipso Domino domus occisus præsumitur, *secund. Dynum in l. 1. §. si quis ff. ad Senatus. consil. Syllania. quem sequuntur Grammatic. & Menoch. vbi supr. num. 55. vbi alios idem tenentes refert, & tenuit Bart. in l. ædiles ff. de via publ. per text. ibi, & plures referens Anton. Gomez. in l. 10. Tauri. num. 56.* & de vtroque agentus latius *infra lib. 8. nouæ collect. Reg. ad fin. lib. de inditiis & tortur. q.* Ergo ita in specie nostræ quæstionis dicendum videtur, vt arma prope aliquos inuenta, dicantur illorum, atque ita cum armis inuenti dicantur, & puniantur omnes, nisi contrarium probent, & in terminis nostræ quæstionis, ita tenet Florianus, *in l. item Mela, §. sed si plures, ff. ad leg. Aquil.* dicens, ita fuisse iudicatum Bononiæ, quem sequitur Ioan. Anania, *in cap. significasti, el 2. num. 25. de homicid.* & Matth. de Afflict. *in constitutione Regni intentionis, num. 11.* & eos non citans Menoch. *vbi supr. d. num. 53. cum sequent.* resoluens tandem, *num. 57.* quod ipse multum tribueret iudicis arbitrio.

4 Contraria † tamen sententia, imo quod in prædicta specie nullus teneatur alia pœna statuti, quam spoliatione armorum tenet Alber. de Rosat. *in 2. part. statut. q. 121.* quia cum statutum sit contra arma portantes, non constat de delicto, quia nullus est repertus habere, aut portare arma: potuit enim alius qui non erat præsens ibi, ea relinquere. ideo ratione incertitudinis & delicti non apparentis nullus erit puniendus, & Albericum sequitur Romanus *in l. 1. § hoc rescriptum, ff. ad Syllan.* Et hæc opinio magis placet Hippolyt. de Marsil. *vbi supr.* in eamque videtur inclinare Bald. *in l. nam salutem, §. 1. ff. de offic. Præfect. vigil.* Licet adhuc se non resoluat: sed eam sequitur Barbat. *in tractatu Cardin. a latere, quæst. vltim. num. 24. cum sequent.* quos in hanc sententiam citant Menoch. & Tiber. Decian. *vbi supr.* & sequitur Carrer. Regin. *in practic. crimin. c. incipient in text. ibi, itemque eorum. num. 25.*

Et tenendo hanc secundam partem non obstant fundamenta prioris contrariæ adducta pro ea a Menoch. *vbi supr.* quia respondemus nos. hic non agere, an ensis repertus faciat indicium contra eos, quod sciant quis eum ibi posuerit, sed quærimus: *An omnes debeant puniri, tanquam portantes arma, cum nesciatur, quis portauerit,* quod est diuersum. † Pariter non obstat secundum, 5
quia ita demum procedit, si vicinus, vel Dominus sint malæ famæ, solitique talia committere, alias non possunt torqueri, vt declarat Bald. *in l. 1. in princip. C. locat.* quem sequitur Ias. *in l. in actionib. num. 41. in fin. & n. 42. ff. de iust. & iur.* & in terminis ita declarat prædictam doctrinam Roman. *in l. 1. §. si quis in Villa, num. 4. ff. ad Syllan.* vbi dicit, dictum Bart. *in d. l. ædiles.* esse multum dubitabile: sed quod pro saluãda eius auctoritate debet intelligi: Verum si dominus domus, penes cuius ostiũ repertum est cadauer, erat solitus talia committere, alias non, & Alexand. *in d. l. ædiles, Hippolyt. in pract. crimin. §. diligenter, num. 97. & 107.* qui dicto *num. 97.* dicit esse mente tenendam hanc limitationem, quia vere est notabilis & lucrosa, & quod eam habuit in facto. & obtinuit in arduis caussis criminalibus in ciuitate Bononiæ, *idem Menoch. d. præsumt. 31. num. 22. & Hippolyt. consil. 52. num. 41. Tiber. Decian. vbi supr. num. 12.* Sed & alias declarationes dictæ doctrinæ congerit Menoch. *in dict. præsumt. 31. num. 23. cum sequent.* quas omittimus nunc, quia hic non conueniunt, proderunt alias, nempe cum agemus de inditiis & tortur. *ad fin. lib. 9. nou. collect. Reg.* vbi Deo propitio dicemus.

6 Quid † tenendum? Et quidem in vno ense tantum, gladio, vel alia specie armorum repertis iuxta pedes aliquorum simul astantium, verior & certior videtur hæc secunda sententia, & tenenda in iudicando & consulendo, ratione incertitudinis, quæ hic proprie versatur. In qua specie illam recte probauit Tiber. Decian. *vbi supr.* vbi limitat, quando constaret illos esse pessimæ famæ, & solitos cum armis vagare: verum si adsint plura arma, quæ omnibus ibi inuentis aptari possunt, tunc videtur cessare prædicta incertitudo. Quinimo violenta præsumtio adesse videtur contra omnes, quod vnus quisque sua quæque arma ex his portaret, nisi probetur contrarium, ac proinde omnes teneri pœna statuti, iuxta priorem opinionẽ, ita demum si pecuniaria sit, & non magna: secus vero si corporalis, vel alia grauis, cum ad eam incurrendam requirantur in crimina libus probationes luce meridiana clariores, *vt in l. fin. C. de probat. cum simil.* quæ lex intelligitur, non cum de sola pœna pecuniaria indicendo, sed cum de corporali agitur, vt plures allegans, testatur Iacob. Menoch. *de recup. possess. rem. 15. num. 195.*

Nec sufficiens erit ratio dicere, quod potuit alius, qui non aderat præsens, ea ibi arma relinquere. Nam ex quo astantes censeriunt ibi arma relinqui, portantes censentur esse. præterquam quod hoc tanquam extraneum præsumẽdum, non sit, sed quod sua sunt arma, vel saltem, quod ipsi ea portabant, & portant, quandoquidem iuxta & penes eos reperiuntur, præcipue si mala fama contra eos simul concurrat, nempe solitos esse cum armis vagari: quæ nostra sententia principalis in hoc secundo casu colligi videtur ex mente Decian. *vbi supra,* quamuis aperte eam non insinuet.

Vltimo † pro complemento huius quæstionis addendum duxi, quod si quis pluribus diebus, vel pariter 7
si in vno eodemque die pluries repertus sit portare arma vetita, aut loco vetito, puniri poterit toties. quoties repertus fuerit cum eis, amissione armorum, vel pœna statuti. Nunquam enim vnum delictum cum platum minuit pœnam alterius delicti, *l. 1. ff. de priuat. delict. l. illad ff. ad l. Aquil.* Quinimo vt inquit *l. 3. C. de Episcop. audient.* remissionem veniæ crimina (nisi semel commissa) non habeant, nec in eos liberalitatis Augustæ referatur humanitas, qui impunitatem veteris admissi non emendationi potius, quam consuetudini deputauerint: & ibi gloss. verb. *consuetudini*, notandum a dmonet, delicta iterata plus puniri, & allegat plura iuta ad hoc, & in terminis, de quibus agimus, ita tenet Aules *in c. 29. Pract. in gloss. judices num. 2.* & cum eo Azeued. *hic, num. 12. in fin.* & cum eis probat Decian. *d. c. 4. num. 13.* intelligens verum esse, quando interpolatis temporibus, arma prædicta portauit: secus si semel domum exiuit cum armis, eaque portauit per plures horas vagando per vrbem, neque ipsa vequam dimisit: tunc nam que licet per plures horas portauerit, & sæpius cum eis visus fuerit, erit tamen vnicum delictum semelque tantum puniendus erit portans, *vt per Baro. in l. insultando, §. insuper ff. de desert. & Bald. in l. si duo, §. semel. ff. de arbit. quos sequitur Hippolyt. in sua practic. crimin. §. pro complemento num. 34.* Quod indubium est, cum puniri nõ debeat, nisi pro illa vice, qua cum prædictis armis fuit deprehensus, *iuxta l. 7. hoc tit.* & latius per nos resolutum supra. Quare si semel fuisset quis deprehensus eique fuissent arma ablata, vel cum eis dimissus fide iussoribus, & postea negligendo iterum eodem die deprehensus fuisset cum armis, tunc propter contemtum videtur duplici pœna puniendus, iuxta *l. capi: alium, §. solent.* vbi gloss. adducit concordantes. *ff. de pœnis, verbo, admonit, vt cessent.* & bene Decian. *vbi supr.*

SVMMARIA.

1 *Credendum an sit officiali dicenti, se deprehendisse talem cum armis prohibitis tempore, vel loco vetito, deprehenso hoc negante, & num. sequent. resoluitur negatiue. num. 4.*

2 *Nuntio citanti credendum est hoc asserenti, non vero in alis magis præiudicialibus.*

3 *Delicta nocturna graviora sunt diurnis.*

5 *Officialiu, quando aliquod delictum committitur in sua præsentia, debet primo examinare facere testes de hoc.*

6 *Officialiu dicenti, arma abstulisse alicui de nocte tempore prohibito, hoc negante deprehenso, etiamsi fateatur, arma esse sua, non est credendum.*

7 *Stante statuto, quod post medium mensem Martij liceat pasturari in aliquibus pratis, non vero antea, si aliquis accusetur, quod pasturauit in illis de mense Martij, nisi exprimatur & probetur, illa pars tẽporis, in qua factum est punibile, non sequitur condemnatio.*

8 *Satius est nocentem impunitum relinqui, quam innocentem damnare.*

9 *Consilium, quando potest verisimiliter se habere ad bonum & ad malum, ille, qui dedit consilium, potest illud interpretari, imo etiam absq; interpretatione nominis lex interpretatur in meliorem partem.*

10 *Alleganti dolum, vel culpam incumbit onus probandi.*

Citca eandem l. 5.

QVAESTIO XXVIII.

1 QVÆRO, *vtrum credendum sit officiali dicenti, se deprehendisse talem cum armis prohibitis, tempore, vel loco vetito, deprehenso hoc negante?* Et videtur credendum, arg. doctrinæ glossæ, *in c. quoniam contra falsam, verbo, citationis, de probatio. & c. cum parati, verb. nuntius, de appellat.* vbi 2 tenent, † Nuncio credendum esse in hoc tantum, quod citauerit, non in aliis magis præiudicialibus, est communis, vt plures allegans, testatur Didac. Perez, *in d. l. 1. tit. 2. lib. 3. ord. col. 826. in fin. q. 23. & col. seqq.* Vbi etiam, quod si nuntius dixerit, citatum ei intulisse iniuriam, non esset credendus, nisi testibus id probet, ex gloss. *in c. venerabilibus, verb. in iudicio, de sententia excommunic. lib. 6. & Segura, quem ibi refert.* de quo primo latissime agit Azeued. *in l. 3. tit. 3. lib 4. nou. collect. Reg. num. 10. cum seqq.* & de vtroque idem probat cum aliis additio Guilier. Mandagot. *in tract. de elect. neu. prel. super c. 4. de vocat. absen. list. R. 15. tom. tract. diuers. Doctorum, fol. 410. in nouo.* Ergo cum officialis affirmet cũ iuramento, se deprehendisse armatum talem hominem, videtur ei credendum, tanquam de re ad suum officium spectante, nempe, *a la ronda, y procurar no so commetan delitos,* & capere arma deprehensorum cum eis tempore, vel loco prohibito.

Secundo, accedat alia ratio, quoniam si aliud diceremus in deprehensis cum armis post sonum campanæ *de la queda,* hora solita & lege nostra præcepta, sequeretur inde, cum sit prope mediam noctem, vel circiter, quod cum illis horis nocturnis, a communiter accidentibus, homines in suis domibus & habitationibus quiescentes maneant, nullos, plerumq; restes inuenient, qui deprehẽsionem cum armis probent, & deprehensus negans, immunis remanebit, nisi officiali affirmanti credatur, sicque defraudabitur iusta prouisio nostræ l. 5. in- 3 troducta pro obuiandis delictis nocturnis, † quæ graviora sunt diurnis, *vt in l. fin. ff. de effractor. & l. 8. vers. ea maior pœna, &c. tit. 31. part. 7.* Et ideo maleficia commissa de nocte, acrius puniuntur, quam diurna, *l. Gracchus, C. de adult. l. 1. & 4. C. de furti. Bart. & Bald. in l. non minorem, C. de transact. Thom. Gram. decis. Neap. 36. num. 14.* ac proinde plura in dies perpetrabuntur. Oportet igitur magis huic damno mederi, quam inconueniat credi officiali huiusmodi super deprehensione cum armis, cum vt plurimũ super armis modici valoris contendatur, nempe ensis, & similium: & ita in terminis hanc opinionem tenet Matth. de Afflict. *in constitutione humanitate, in cap. in fragranti, in 6. notab. & ibi, an birrorarij potestatis sint legitimi testes, quando in fragranti capiunt aliquem, maxime aliũ non flantib.* prout eum refert, & sequitur Carter. Regin. *in sua præct. crimin. in c. incip. in tex.* ibi, *item quia eorum. n. 36.* inferens inde, quod sic si familia officialis capit aliquem cum armis potest testificari, & quod ita obseruant officiales.

His † tamen nihilo secius non obstantibus, contraria sententia est tenenda pro veta in iudicando & consulendo, imo quod officiali huiusmodi non credatur, nec sit testis super deprehensione alicuius cum armis, si ipse deprehensus id neget, sed quod alias probanda sit dicta deprehensio. Primo, quia omnibus in re propria iure prohibitum est, testificari, *vt in l. omnibus cum simil. C. de testib.* Secundo, quia vera ratio, quare nuncio attestanti, de iniuria sibi illata a citato, vel alio, non creditur, ea nimirum est, quia agit de suo interesse: Estque præterea denuntiator: At hoc idem contingit in nostra specie, quandoquidem arma sic deprehensa sibi applicantur. Est præterea pro hac sententia nostra l. *5. in vers. fin.* si recte expendatur. Inquit enim: *Y mandamos, que las armas que se tomaren, luego otro dia las manifiesten y exhiban ante la justicia, para que se sepa, como y donde, y a que hora, y a quien se tomaron.* Omnia hæc ergo verificanda sunt. Ergo testibus comprobanda, vt iuridice id fiat. Namque si dictum officialis, arma capientis, sufficeret, hoc exprimeret l. illa: Ea enim quæ notabiliter fiunt, nisi specialiter notantur, videntur quasi neglecta, *l. item apud Labeonem, §. ait Prætor, ff. de iniur.* alias remanent sub dispositione iuris communis, *arg. l. commodissime cum materia, ff. de lib. & post hum.* quod in proposito habet, vt nulli credatur in propria caussa, præcipue cum hic sit denuntiator, & nostra l. eidem præcipiat, vt arma prædicta altera die manifestet.

Denique † pro hac parte allegatur doctrina Angel. 5 *in l. 2. in fin. ff. de feriis.* vbi docet, quod officialis, quando aliquod delictum committitur in sua præsentia, debet primo examinare facere testes de ipso delicto coram se commisso: Ergo hoc idem facere debet officialis, qui reperit & deprehendit aliquem portantem arma prohibita, vel tempore, aut loco prohibito, vel scribere facere eius confessionem, ex qua Angeli doctrina. ita in terminis nostris hanc partem tenuit, & probauit Matth. de Afflict. *in const. Neapol. lib. 1. rubr. 9. num. 28.* quem refert & sequitur Azeued. *in præsenti, num. 12.* dicens, quod sic fit quotidie, & vltra eum eandem sententiam Matth. de Afflict. sequitur, & probat *in proposito Tiber. Decian. d. lib. c. 4. num. 6. in 2. tom. tract. crimin.* dicens, non credi nuntiis nisi arma portarent, quæ negare non posset reus esse sua, quia cum debeant apprehendere, debuerunt etiam afferre arma: & quod si starer statutum, quod etiam visi portare arma, puniantur, adhuc non crederetur nuntio, reo negante, nisi hoc testibus comprobaret.

Ex † quo idem probo, etiam si officialis arma portaret, quę negare non posset reus esse sua, si tamen ipse neget, tempus deprehensionis fuisse legitimum, & sic post sonum campanæ, vel horæ solitæ, contendens, intempestiue sibi fuisse arma capta, quo casu sibi auferri non potuerunt, iuxta nostram l. non enim sufficit apprehensio armorum, alias licitorum & manifestatio eorum iudici facta, nisi simul probetur, quod tempore prohibito a nostra l. fuerunt capta per officialem: Vnde hoc negante reo, officiali incumbit eius probatio, vt prius resoluimus iuxta hanc partem secundum veriorem & tenendam, quam voluit sentire, & probare nostra l. *5. in vers. fi. supr.* ad idẽ expenso: Procedere tamen potest prædicta limitatio Tiber. Decian. quoties arma simpliciter essent prohibita (vt ipsemet Decian. voluit) tunc enim si officialis ea deprehendat, & portaret, quæ negare non posset reus esse sua, hoc sufficeret per euidentiam absq; alia probatione: attamen si essent arma, quæ regulariter portari sunt permissa, præterquam certo quodam tempore, vt contingit in casu nostræ l. qui dixerit tempore prohi-

prohibito portata, & apprehensa (reo contrarium estimante) id debet probare, alias in dubio præsumendũ est portata fuisse tempore licito & permisso, arg. doctrinæ Bart. *in l. non solum, §. sed vt probari, ff. de oper. nouiu. nunt.* vbi 7 tenet, quod † stante statuto, q̃ post medũ mẽsem Martii liceat pasturari in aliquibus pratis, non vero antea: si aliquis accusetur, quod pasturauit de mense Martii, ex quo in parte dicti mensis factum est punibile, in parte non, nisi exprimatur, & probetur illa pars temporis, in quo factum est punibile, non sequitur condemnatio, *ex notatis in l. cum actum, in fin. ff. de neg. gest.* est communis, vt testatur cum aliis Bossius *in sua præct. crimin. in tit. de conuict. num. 59. & num. 60.* vbi cum Alexand. quod totus mundus sequitur illam opinionem Bar. estque optima, & expressa illa doctrina Bart communiter, vt videmus approbata ad hoc, quod vbi aliquid fieri potuit tempore debito, & permisso, & tempore prohibito, in dubio præsumitur factum tempore permisso, quam ad hoc vltra sup. adictos sequitur plures referens Francisc. Becc. *cons. 60. num. 24. lib. 1.* In dubio enim non est præsumendum delictum. *l. merito ff. pro socio. cum simil.* † Satius e- 8 nim est nocentem impunitum relinquere, quam innocentem damnare. *Labeonem, in vers. satius ff. de pœn. num simil.* Accedat, quod retulimus *cons. 56. n. 39. ex Bald. in l. 1.* 9 *num. 13. C. de serv. fug.* vbi tenet, † quod quando consilium potest verisimiliter se habere ad bonum & ad malum, ille qui dat consilium, potest illud interpretari, imo etiam absque interpretatione hominis lex interpretatur in meliorem partem, *arg. n. d. merito, ff. pro socio & l. fin.* 10 *tit. 10. part. 5.* & sequuntur alii, quos ibi retuli. † Alleganti namque dolum, vel culpam incumbit onus probandi. *l. quotiens, §. qui dolum, & ibi gloss. & Doctores, ff. de probation.*

SVMMARIA.

1 Lex 9. tit. 8. lib. 6. nouæ collect. Reg. quæ cauetur, que ninguna persona trayga espada, verdugo ni estoque de mas de cinco quartas de vara de cuchilla en largo, &c *an comprehendat externum a Regno ignoranter contrauenientem dispositioni huius l. & num. sequent. fundatur in primis pars affirmatiua, vsque ad n. 14. quo num. & sequent. affruitur negatiua, & n. 31. ea probatur.*

2 *Statuta obligant forenses.*

3 *Ius Regium est ius commune in hac Regnis.*

4 *Forensis modo fuerit scient, modo ignorans statuti, perdit res: sed si ignorauerit excusatur ab alia pœna, si vero sciens statutum, tunc etiam alia pœna punitur, & ignorantia statutorum in dubio præsumitur.*

5 *Statutum, seu edictum pœnale comprehendit etiam exteros.*

6 *Alienigenæ forenses excusantur, tanquam habentes probabilem ignorantiam.*

7 *Decretum superioris afficit etiam ignorantes.*

8 *Ignorantia supina & crassa non excusat.*

9 *Scientia eius, quod publicum est in loco, præsumitur.*

10 *Ignorantia crassa eius est, quod est in ciuitate publice promulgatum.*

11 *Notitia etiam per famam sufficit ad incurrendam pœnam.*

12 *Scientia præsumitur quando aliquid publice scitur.*

16 *Statuta pœnalia comprehendunt forensem, delinquentem in loco statuti, quando puniunt id, quod de iure communi punibile est: secus alias.*

17 *Ignorantia non solum regulariter probatur iuramẽto partis, sed etiam iuramento forensis, in specie statuti aliquid prohibentis de nouo.*

18 *Forensis excusatur, si ignorauerit statutum: quod præcipue procedit, si forensis peteret restitutionem in integrum aduersus statutum ex clausula generali, si quatenus ipsa causa videbitur &c. vt in num. 19. & hoc si statutum puniret aliquid, quod iure communi non esset punibile: alias secus, vt in num. 20.*

21 *Minor 25. annis non tenetur statuti, vel legis pœna, prohibentis aliquas res extrahi a Regno, vel, &c. nec vlla est tunc necessario petenda restitutio, vt in n. 22.*

23 *Dolus in dubio non præsumitur in minore, quod si præsumeretur posset restitui aduersus dolum præsumptum, cum sit de præterito, non vero aduersus veritum dolum.*

24 *Veritas, vel opinio inspicitur in pœnalibus ad euitandam pœnam, prout reo fauorabilius est.*

25 *Statuta, quæ respiciunt personam, non comprehendunt hominem alterius territorij.*

26 *Extero venienti ad Regnum Neapolit. denuntiari debet per officiales.*

27 *Regnicolæ ignorare non possunt, imo scire præsumuntur leges sui Regni: exteri secus, nisi alias magnam moram contraxerint in Regno, vt in num 28*

29 *Ignorantia præsumitur ad euitandam pœnam corporalem & pecuniariam.*

30 *Permissum est in hũ Regnũ Hispaniæ ex antiqua eorum consuetudine portare solum ensem, vel cum pugione.*

32 *Forensis & alibi habitans non ligatur edicto de non extrahendo monetam a Regno Neapolitano, cum illum edicti ignorans esset.*

33 *Scientia statuti contra forensem probatur si erat homo, qui sæpe & continuo in hũ Regnũ conuersabatur.*

34 *Forensis ibi per modicum tempus exstitisset in hoc Regno, nempe duorum, vel trium dierum, vel aliud angustum tempus, ita quod magnam moram in eo non contrahebat, non incurreret in pœnam legis huius Regni.*

35 *Ciuis nouellus ille censetur, qui per annum in ciuitate non habitauit, eo quod eo casu ante annum censetur ignorare leges ciuitatis.*

36 *Edicta atque proclamata non aliter afficiunt, ita, ligant, nisi datis congruis dilationibus, inter quas in notitiam verisimiliter possint peruenire.*

37 *Forensis in quibus casibus tenebitur pœnæ statuti.*

38 *Statutum, quando ligat forenses & quando non: est regula generalis cum ampliationibus & fallentiis, remissiue hic ponitur.*

In l. 9. tit. 6. lib. 6. Nouæ Collection. Regiæ.

QVAESTIO XXIX.

QVÆRO circa l. 9. tit. 6. lib. 6. nouæ collect. Regiæ, 1 qua cauetur: *Que ninguna persona de qualquier calidad y condicion que sea, no sea osado de traer, ni trayga espadas, verdugos, ni estoques de mas de cinco quartas de vara de cuchilla en largo, so las penas en ella contenidas: an comprehendat exterum a Regno nostro ignoranter contrauenientem dispositioni nostræ l.* Et in hoc distinctio Bart. videtur tenenda *in l. cunctos populos. n. 21. in vers. secundo quero. C. de summa Trinit. & fide Cathol.* vbi agens, an in delictis, † si tota 2 ciuitatis ligent forenses, ita distinguit, quod aut illud, quod commisit forensis in hac ciuitate, est delictum de iure communi, & punitur secundum statuta & consuetudines huius ciuitatis, aut non erat delictum de iure commun. & tunc aut ille forensis ibi tamã moram contraxit, quod verisimiliter deberet scire statutum, & tunc idem dicendum est, aut ibi non contraxit tantam moram, & tunc aut illud erat communiter per omnes ciuitates prohibitum, vt puta, quod nõ extrahatur frumentum extra territorium, quod est communiter prohibitum per totam Italiam, & isto casu non licet allegare talem excusationem; aut non est ita generaliter prohi-

bitum, & non tenetur nisi fuerit sciens, vel ignorantia fuerit crassa, & supina, hæc Bartol. idem *in l. de quibus, n. 26. ff. de legib. & ibi Dd.* quæ distinctio Bartol. est communior, æquior, & magis ratione munita, *secund. Hippol. de Marsil. in l. fin. num. 81. ff. de iurisd. omnium iud.* & Auiles, qui eum & alios refert *in l. 52. Prætor. in gloss. en la tierra, num. 7.* vbi *num. 8.* addit eadem habere locum in ciue nouo, ex Ias. & aliis quos citat; eandem Bart. distinctionem sequitur, & communem esse profitetur ex Alexand. & Ripa, quos citat, Beccius *cons. 60. num. 12. Roland. a Valle consil. 42. num. 23. vol. 3. & Ioan. Vincent. Hended. cons. 11. n. 2. & Iul. Clar.* qui alios adducit concordantes, *in pract. crim. §. fin. q. 85. in vers. secundus est casus*: & statuta ciuitatis actiue, nec passiue comprehendunt forenses, neque ad eos extenduntur, nec gaudent statutorum beneficio ciuitatis, vt cum aliis probat Hippol. *consil. 92. num. 9. & 11.* Et quod forensis ligetur statuto prohibente extrahi monetam, frumentum & similia, est communis secundum Rip. & alios, quos refert, & sequitur Azeued. *in l. 3. tit. 18. num. 4. cum seqq. lib. 6. noua collection. Regia.* & inquit Decian. *consil. 71. num. 2. & 3. volum. 2.* quod licet statutum non possit ligare personas, potest tamen obligare res & bona in suo territorio sita, & communem testatur cum aliis Beccius *vbi supra numer. 1.* & Azeued. *num. 6.*

Iuxta quam distinctionem videtur, exterum comprehendi sub nostræ legis dispositione, esseque eius pœna puniendum, licet alleger ipsius ignorãtiam, quoniam portare arma vltra mensuram hac l. statutam est prohibitum generaliter in his Regnis, vt in nostra l. cauetur: Ergo est delictum de iure communi, & sic pu-
3 nitur iuxta prædictam distinctionem. † Ius enim Regium est ius commune in his Regnis, *l. 5. tit. 4. l. 4. titul. 12.* ibi: *De los derechos comunes de nuestros Reynos, lib. 1. ord. l. 2. Taur.* vbi omnes. Et ideo in his deficiente iure Canonico in foro Ecclesiastico recurrendum est ad ius Regium, quia est ius commune in his Regnis, non vero ad ius ciuile Romanorum, *Palac. Rubeus in repet. rubr. in prin. n. 10. in l. coheredit. §. cum filie, num. 19. ff. de vulgar. & pupill. Bernard. Diaz. de Lugo in practic. crimin. canon. cap. 62. & 144. & ibi Salzedo, Didacus Perez. in proœmio legum ordinat. quæst. 3. Olanus in concordia vtriusque iuris in præfatione.*

4 Secundo, † contra exterot in proposito facere etiam videtur, quod tradit Gandin. *de malefic. in tit. de rebus portan. contra deuentum, num. 7.* dicens, quod forensis, modo fuerit sciens, modo ignorans statuti, perdit res: sed si ignorauerit, excusatur ab alia pœna: sed si sciuit statutum, tunc etiam alia pœna punitur, quæ ignorantia statutorum præsumitur in dubio: secus in aliis prohibitis a iure communi *sequitur Alex. & eum referens Auil. vbi supr. d. num. 7. in princ.*

5 Denique † contra forenses facit, quia statutum, seu edictum pœnale comprehendit etiam exteros, per ea quæ notantur *in cap. vt animarum, de constitut. lib. 6.* & in terminis statuti prohibentis portare fiumentum extra territorium loquitur Bart. *vbi supr.* & cum eo communis sententia, vt vidimus.

6 Nec † dicatur, quod alienigenæ forenses excusari debent, tanquam habentes probabilem ignorantiam, vt vult Anchara. *consil. 264. premittendum est.* Quia respon-
7 demus, † quod decretum superioris afficit etiam ignorantes, *text. in c. cum in cunctis, §. adiicietur de concess. prab. lib. 6.* quem ad hoc dicit singularem Roman. *singul. 59.* & licet & eum referens Becci. *d. consil. 60. num. 2.* Et quia iure communi sit prohibitus armorum vsus, atq; delatio, *vt diximus supr. quæst. 24. num. 4.* Vnde dispositio nostræ l. comprehendet etiam ignorantes, quia supina est ignorantia vt in similibus terminis tradit Bart. *in l. interdum, §. licet, ff. de publ. & vectig. & in d. l. cunctos populos, num. 21.* communiter approbatus, vt diximus: † At supina & crassa ignorantia non excusat, *Bevo. post alios, in cap. 2. num. 9. de constitut. Roman. consil. 59. ad discutiendum, num. 5. vers. fic. contrariuro. Beccius vbi supr. num. 3.* † Similiter præsumitur scientia eius, quod publice notum est in loco, *gloss. in l. 1. ff. de recept.* & audiri debet allegans ignorantiam eorum quæ publice fiunt in loco. *cap. 1. de postul. Prælato. cap. exceptionem, de except. Hippol. in pract. crimin. §. aggredior. num. 23. Beccius vbi supr. num. 5.* vbi addit cum Specular. & Roman. † esse ignorantiam crassam, quod
10 est in ciuitate publice promulgatum, † & quod ad in-
11 currendam pœnam sufficit notitia etiam per famam, *secundum Felin. in cap. cum contingat, colum. 2. de offic. deleg. sequitur Bosius in practic. crimin. tit. de raptor. num. 3.* Et licet ignorantia regulariter præsumatur, vbi scientia non
12 probatur, † hoc tamen non habet locum, quando aliquid publice scitur, & est publice notum, quia tunc præsumitur scientia iuxta glossam ordinariam & communiter approbatam *in l. si tutor petitu, verb. ostenderit. in princ. ibi, vel publice sciebatur. C. de pericul. tutor. secundum Thom. Grammat. decis. 36. num. 16.* vbi *num. 18.* quod nullus debet ignorare id, quod publice scitur, *vt in d. c. 1. de postul. Prælat. Menoch. de arbitrar. iud. lib. 2. centur. 2. casu 186. num. 8.* Et prædictam glossam testatur communiter approbatam, Menes. *in l. error, num. 52. C. de iur. & facti. ignorant.*

Et in † terminis, in statuto prohibente portare arma,
13 quod comprehendat forenses, eo quod per totam Italiam sunt similia statuta, (imo & iure communi idem prohibetur, vt diximus) tenet Hippolyt. *in pract. crimin. §. pro complemento, num. 23.* & eum referens, atque Petrum de Rauen. idem probantem, sequitur etiam Decianus *lib. 8. cap. 3. num. 23. 2. tomo tractat. crimin.* loquens nuncupatim in forensibus vere ignorantibus tale statutum, eo quod debeant, cum intrant ciuitatem, vel oppidum, informationem capere de legibus, & moribus earum, *vt tradit Andr. de Iseru. in cap. 1. in princip. in 4. colum. quæ sunt Regal. & Florian. in l. item Meha. §. fin. ff. ad leg. Aquil.* Quos ipse ibidem hoc refert, & sequitur. Quo fit secundum ipsum, ibi, *num. 9.* quod cum ex communi consuetudine totius Italiæ, soleant fieri proclamationes, & edicta per Rectores ciuitatum & castrorum, quod nullus portet arma sub tali pœna, nullus potest excusari, etiam si sit forensis, *secundum Bart. in l. vltim. §. licet quis, in fin. ff. de Publica. sequitur Petrus de Rauen. in tractatu de consuetudin. num. 203. & Bosius in practic. crimin. sub titul. de plurib. violent. num. 72. & Grammat. consil. 36. num. 10.* A fortiori igitur videntur superiora procedere in specie nostra, & sic in casu nostræ l. 9. cum sit lex generalis, & publica horum Regnorum, & sic ius commune: ligat ergo exteros, & forenses, præcipue si incolæ sint Regnorum confinium; † non enim solum, qui sunt
14 de Regno, sed etiam vicini regni præsumuntur scire, quæ fiunt in Regno, *c. quanto, c. quosdam, de præsumt. Thom. Grammat. decis. Neapol. 36. num. 22.* faciunt tradita per Azeued. *vbi supr. num. 9.*

Nihilominus † tamen contrariam sententiam astrui
15 videtur sequentibus fundamentis. Primo, quia licet verum sit, quod nostra lex Regia prohibens: *Que ninguno traya espadas, verdugos, ni estoques de mas de cinco quartas de vara de cuchilla*, sit ius commune in his Regnis attamen cum exterus a Regno non sit originarius, nec incola horum Regnorum, sed noue ea ingressus fuerit cum armis excedentibus dictam mensuram, qui alias nullam notitiam haberet nostræ legis, eiusque prohibitionis, iustam habere videtur ignorantiæ causam: si quidem quo ad se hoc non erat ius commune, nec de prohibitis iure diuino, aut naturali: & sic iuxta distinctionem Bartol. communiter approbatam, de qua supra, in prima opinione alienigena & forensis excusa-

excusatur a pœna statuti, quandoquidem habet probabilem ignorantiam huius legis, *cap. 1. de constit. lib. 6. l. si. ff. de decret. ab ord. faciend.*

16 Licet † enim statuta pœnalia comprehendant forenses, delinquentem in loco statuti, iuxta communem Doctoris opinionem, de qua testatur Marian. Socinus *in l. postulasti, num. 16. de foro compet. Felin. in cap. a nobis, el 1. num. 1. de sententia excommunica. Abb. in cap. fin. num. 44. & ibi etiam Felin. nu. 24.* vbi addit, ita vbique seruari, *de foro compet. Alberi. in 3. part. statut. quæst. 3. Farinac. de delict. & pœn. quæst. 24. num. 164.* Hæc communis opinio procedit, quando statutum punit illud, quod etiam de iure communi punibile est: secus si faciat aliquid, quod a iure communi prohibitum non est, sed tantum a statuto, quia tunc forensis non comprehenditur sub illo statuto, nisi fuisset sciens, vel in supina ignorantia, *secundum Bart. in d. l. cunctos populos, num. 21.* communiter approbat, *vt supra diximus*, & in terminis testatur ex aliis
17 esse magis communem Farinac. *vbi supr. num. 165.* † & ignorantia non solum regulariter probatur iuramento partis, *vt latissime per Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 2. centur. 2. casu 186. per totum, cum suis limit.* sed etiam in specie similis statuti probatur iuramento forensis, ita decisum fuisse in Curia gratiæ Neapolitana, refert Francisc. March. *decis. 63. quæritur an ratione, 1. part. & tradit Ottav. Cacheran decis. Pedemont. 71. num. 24. & sequent.* vbi maxime hoc procedre ait in homine probo, & bonæ famæ, quos refert, & sequitur Becci. *d. consil. 60. num. 13.* & aliis allegans late idem probat Auiles *vbi supr. num. 10. cum seq.* vbi *num. 12.* quod admittitur probatio in contrarium, nempe scientiæ, nisi aliud caueatur lege, vel
18 statuto † Et quod excusetur forensis, si ignorauerit statutum, communem testatur Alexand. *consil. 86. num. ... lib. 4. & Azeued. in d. l. 3. tit. 18. lib. 6. num. 7.* & Becci. *d. consil.*
19 *60. num. 12.* † Quod præmaxime procederet, si forensis peteret restitutionem in integrum aduersus statutum, quod ignorauerit probabiliter ex clausula generali, si qua mihi iusta caussa videbitur, quia eam potest petere, & ibi concedenda est, *secundum Ias. in l. quamdiu, in fin. C. qui admit.* vbi alios allegat, & Auiles *vbi supr. num. 9.* & Menes. *in l. constitutiones, num. 4. C. de iur. & facti. ignor.* Idem in minore, vt non incidat in pœnam statuti prohibentis extrahi, vel portari aliquas res, *vt per Roman. cons. 120. circa primum, in 1. dubio. & singul. 808. alias 816. in audi-*
20 *ti. & ibi ad litio. & Cremens. sing. 29.*

Quod † procedit, quando statutum punit aliquid, quod iure communi non est punibile, *cap. 2. de delict. puerorum. Anton. Gomez 3. tom. 3. cap. 1. de delict. num. 51.* vbi exemplificat & infert: alias secus: vel si statutum cauetet, quod etiam minor teneretur eius pœna, *vt probat Auiles vbi supra dict. num. 9. & Ioseph. Ludouic. decis. Lucens. 17. numer. 71. in 1. part. Farinac. de inquisit. quæst. 11. num. 29.* vbi *num. 30.* quod quando statutum loquitur in persona, minorem non comprehendit, secundum Doctores, quos ibi refert.

21 Minor † autem viginti quinque annorum non tenetur statuti, vel legis pœna, prohibentis aliquas res extrahi a Regno, vel cum alias extraxerint, soluant quædam iura Regi eiusque conductoribus, sub certis quibusdam pœnis, si innii deprehendantur minores, ex lege in hoc expressa & singulari *6. titul. 7. part. 5.* ibi: *Otrosi decimos, &c.*

22 Nec † vlla est tunc necessario petẽda restitutio, quidquid aliud iure communi esset dispositum, *vt vbi notant Gregor. Lop. in gloss. menor de veinte y cinco años, in fin. & Azeued. vbi supra num. 3.* nisi probaretur scienter, &
23 malitiose id fecisse minorem, tunc enim tenebitur, *iuxta d. l. part.* † in dubio tamen dolus non præsumitur in minore: quod si præsumeretur, restitueretur quidem ipse aduersus talem dolum præsumtum, cum sit de præterito, *iuxta gloss. & omnes, in l. vbi exigitur, ff. de edendo*, non vero aduersus verum dolum, *vt in l. auxilium, ff. de minor.*

Secundo, † hæc eadem pars probatur, quia in pœ-24
nalibus inspicitur, vel veritas, vel opinio, prout reo fauorabilius est, ad euitandam pœnam, *vt ex l. inter omnes, §. recte, ff. de furt. tradit Paul. Castrens. consil. 190. licet ista colum. fin. lib. 1. sequitur Aymon Crauet. consil. 2. Andreas, num. 8. & Beccius, d. consil. 60. num. 15.* Et in dubio iudicandum est, pœnæ non esse locum, *Ostavian. decis. 71. ad fin. & Beccius vbi supra num. 34.* † Similiter statuta quæ respiciunt per-25
sonam non comprehendunt hominem alterius territorii, & sic forensem, *vt per Bartol. in l. 1. in 6. quæst. C. quæ sit long. consuet. Farinac. d. quæst. 24. num. 163.* † Et in ter-26
minis, quod extero venienti ad Regnum denuntiari debeat per officiales, cauetur in Regno Neapoli in constitutione, *Homines*, & ibi Matthæ. de Afflict. *in 3. notab.* & Carrer. Regin. *in pract. crim. in cap. incipien. in text.* ibi, *itemque eorum, num. 26. circa fin.*

Tertio, † accedat, quia omnia supra adducta pro 27
priori parte de publica scientia locum tantum habere videntur in illis, qui sunt de Regno vel Prouincia. Hi namque merito, quod ignorare non possunt, imo scire præsumantur leges sui Regni, idque quod publicum est, & notorium est in eo, vt probat Grammatic. *vbi supra num. 20.* † At vero in exteris cessat hæc præsumtio, 28
nisi alias magnam moram contraxerint in Regno; & quod prædicta præsumtio procedat in his, quæ in loco, vbi quid notum est, habitant, vel ibi assidue versantur, volunt Doctores supra allegati, & in terminis Menoch. sic id declarans *cons. 74. num. 18. vol. 1.*

Quarto, † eadem pars eo magis elucescit, quoniam 29
ignorantia præsumitur ad euitandam pœnam corporalem & pecuniariam, ita egregie Crauet. *cons. 224. num. 4. & Menoch. vbi supr. num. 16.* dicens cum Grammat. *consil. 25. num. 1. in criminalib.* forensem præsumi ignorare loci statuta & leges.

Quinto, † hæc opinio vigenter comprobatur ex eo, 30
quod in his Regnis Hispaniæ est permissum ex antiqua eorum consuetudine portare solum ensem, vel cum pugione, *vt in l. 4. hoc titul.* Quare exterus a Regno portans ignoranter ensem, excedentem mensuram nostræ legis, nisi probetur scientia contra eum, videtur excusandus: conducunt in proposito congesta per Mexiam *in prægm. tax. panis, in 5. conclus. num. 85. cum seq.* Quid tenendum?

Ego profecto † in hoc articulo seclusis coniecturis 31
scientiæ, certiorem, probabiliorem, & humaniorem censeo esse hanc secundam partem, nempe vt in dubio exterus huius Regni, deferens arma vltra mensuram nostræ legis contra eius prohibitionem, si inter, se eam ignoralle, non incidat in eius pœnas, sed quod veniat omnino absoluendus: nisi ex aduerso probetur eius scientia vera, vel præsumta, nempe quod diu moram in Regno traxerit, ex quo præsumi possit verisimiliter scientia nostræ leg. eiusque prohibitionis, iuxta doctrinam Bartol. communiter approbatam, *in dict. l. cunctos populos*, de qua supra, & ex reliquis supra pro hac parte adductis, quibus cessant contraria, & in terminis ita tenet Azeued. *hic num. 4.* licet prædicta non alleget. † Sic etiam videmus, quod forensis & alibi 32
habitans non ligatur edicto de non extrahendo monetam a Regno Neapolitano, cum illius edicti ignarus esset, vt in specie scripsit Grammat. *dict. consil. 1. minu. 25. num. 1.* cuius opinionem probat, & confirmat Menoch. *consil. 74. num. 9. cum sequentib.* qui per totum illud consilium latissime probat, forensem ignorantem edictum ciuitatis, vel territorii, quo prohibetur cum pœna tormenta bellica, quos vulgo seloposa rota vocant, in eam non incidere.